B I B L I O T H E C A

SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM

T E V B N E R I A N A

L. CAELIVS FIRMIANVS LACTANTIVS

DIVINARVM INSTITVTIONVM
LIBRI SEPTEM

FASC. 1

LIBRI I ET II

EDIDERVNT

EBERHARD HECK
ET
ANTONIE WLOSOK



MONACHII ET LIPSIAE
IN AEDIBVS K. G. SAUR MMV

Bibliographic information published by Die Deutsche Bibliothek

Die Deutsche Bibliothek lists this publication in the
Deutsche Nationalbibliografie,
detailed bibliographic date is available
in the Internet at **http://dnb.ddb.de**.

Printed in Germany

Satzaufbereitung: Eberhard Heck
Satz: pagina GmbH, Tübingen
Gedruckt auf alterungsbeständigem Papier.
Druck und Bindung: Druckhaus „Thomas Müntzer“ GmbH, 99947 Bad Langensalza
ISBN 3-598-71265-0

VIRIS REVERENDISSIMIS

QVI NOBIS LACTANTIO DEDITIS

FAVTORES FVERVNT

JACQUES MOREAU
(1918 – 1961)

ERNST ZINN
(1910 – 1990)

HANC EDITIONEM

GRATA RECORDATIONE

DEDICAMVS

PRAEFATIO

Lactantii Diuinarum institutionum libros septem in Bibliotheca Teubneriana edituris nobis et bibliopolae placuit hoc opus in quattuor fasciculos diuidere. Hic primus continet libros I *De falsa religione* et II *De origine erroris* praefatione aliisque subsidiis praemissis; alter continebit libros III *De falsa sapientia* et IV *De uera sapientia et religione*, tertius libros V *De iustitia* et VI *De uero cultu*, quartus librum VII *De uita beata*, deinde appendicem interpretationum uocum Graecarum, postremo indices formarum uel scripturarum et locorum et nominum. Speramus fasciculos ita editum iri, ut quemque proximus biennio fere intermisso sequatur.

Hac praefatione agemus 1. de Institutionum usque ad nostra tempora fortuna, 2. de codicibus, 3. de librorum I–VII inscriptionibus, 4. de recensendis et emendandis Institutionibus, 5. de editionis instructione; sequuntur index editionum et commentationum atque index compendiorum et siglorum.

Etiam posterioribus fasciculis praemittentur praefationis supplementa continentia, quae ad libros in iis edendos proprie pertineant (e. g. de recensendis locis Sacrae scripturae a Lactantio in libro IV uerbo tenus laudatis in altero fasciculo agetur editione huius libri absoluta); praeterea supplementa idonea erunt, ubi si necesse fuerit menda priorum fasciculorum corrigantur uel iis addenda inserantur uel index commentationum suppleatur. Supplementorum quoque paginae per numeros q. d. Romanos numerabuntur ita, ut alteri fasciculi supplementum hanc praefationem, tertii et quarti antecedens quodque continuent; similiter cuiusque fasciculi paginarum numeri q. d. Arabici, quibus textus (et quae eum in quarto sequentur) numerabitur, antecedentis fasciculi numeris adnectentur.

1. De Institutionum usque ad nostra tempora fortuna

L. Caelius Firmianus qui et Lactantius[1] consilium *Diuinas institutiones*[2] scribendi cepit, cum Diocletianus et Galerius mense Februario a. 303 Christianos persequi coepissent et qui contra hos agerent Nicomediae extitissent (cf. inst. 5, 2, 1 – 4, 8). Absoluit eas antequam Galerius mense Maio a. 311 mortuus est[3], sed postea bis retractauit. Primum aliquot annis post fecit *Epitomen*, quae fieret magni operis licet breuiata, sed emendata quasi altera editio[4]. Deinde ipsis Institutionibus nouas curas adhibuit, quarum uestigia in quibusdam codicibus inuenimus[5]. Inseruit enim priori textui duas disputationes de causa et origine mali a deo ipso creati[6] et duas oratiunculas[7], quibus Institutiones Constantino dedicaret; praeterea hic illic uerba mutauit aut addidit. Quod opus iteratum ne perficeret, cum laudes Constantini a. 324[8] scripsisset, impeditus esse uidetur morte a. 325 obita.

Lactantium praesertim Hieronymo et Augustino notum fuisse constat[9], sed etiam alii ex Institutionibus hauserunt inde a Zenone Veronensi et Lucifero Calaritano usque ad Isidorum Hispa-

[1] De nominibus Lactantii sic restituendis cf. Wlosok, 1989, 378 post Brandt, Ed. I (1890), VII n. 1; de gentili u. infra p. XXIX. – Commentationes in indice pp. LI–LIII plene nominatas in notis nonnisi nomine auctoris anno pagina (uel nota) indicatis citamus; cf. n. 158.

[2] Quas sic inscriptas testatur Lact. inst. 1, 1, 12. ira 2, 4. epit. praef. 1; cf. infra p. XXVIII; u. et Wlosok l. c. 390.

[3] Cf. Heck, 1972, 143–150; Wlosok l. c. 390 sq.

[4] Cf. Lact. epit. edd. Heck – Wlosok, 1994, VII sq.

[5] Cf. Heck, 1972, passim (conspectus locorum 194 sq.).

[6] Inst. 2, 8, 6 add. 1–9 (et §§ 3–6 auctis). 7, 5, 27 add. 1–17; cf. Heck l. c. 24–115. Accedit opif. 19, 8 add. 1–5; cf. Heck ibid. 116–126.

[7] Inst. 1, 1, 13–16. 7, 26, 11–17; cf. Heck l. c. 127–170.

[8] Cf. Heck l. c. 138–143; 168–170. Contradixit Digeser (u. infra n. 80) nihil quod ualeat adferens.

[9] Horum et aliorum testimonia ap. Brandt, Ed. II 1 (1893), 161–167; Wlosok, 1989, 376; 379 sq. Ceterum cf. Brandt, Ed. I, VIII–XII.

lensem[10]. Adhuc minus exploratum est, qui auctores medii q. d. aeui Lactantio usi sint, sed Institutiones his quoque saeculis notas fuisse apparet ex codicibus, de quibus infra agemus[11]. Nam post duos codices saec. V (BG) extant sex saec. IX (DHMPRV; accedit fragmentum septimi A) et singuli saec. XI (K) et XII (S), quibus utimur testibus; postea sui iuris nullus est. Sed per renascentium litterarum aetatem Lactantii opera multis uiguerunt. Nam et ab auctoribus a saec. XIV ad XVI, inde a Petrarca usque ad Erasmum et aequales, laudantur Lactantioque eo tempore cognomen datum est Ciceronis Christiani[12], et codices recentiores his saeculis a prioribus extantibus descripti fere trecenti Lactantiana continent, plures quam ducenti Institutiones uel totas uel partes earum[13].

Paulo post quam libri typis imprimi coepti sunt, 1465 primus liber in Italia impressus est Lactantii operum, etiam Institutionum editio princeps in monasterio Sublacensi (*Subiaco*, prope Romam) a C. Sweynheim et A. Pannartz Moguntiacensibus[14]. Secutae sunt usque ad finem saec. XVIII plurimae editiones; de quibus cum diligenter egerit Brandt[15], hic pauca sufficiant: Cum editiones saec. XV impressae nihil fere nisi codices quosdam recentiores reddidissent, textui emendando operam dare coepe-

[10] V. indicem expilatorum et testium ap. Brandt, Ed. II 2 (1897), 269–278, et nostrum apparatum nota 'Test.' signatum.

[11] V. infra pp. XIV–XXIV; conspectus siglorum p. LVI.

[12] V. Wlosok, 1989, 403 sq.; cf. Winger, 1999, 65 sq.

[13] Cf. infra p. XLIII.

[14] Cf. Brandt, Ed. II 1 (1893), XLII sq.; u. et: La culla della stampa italiana 1465–1965, ed. Comitato esecutivo per le celebrazioni centenarie, Sublacii 1965, 24–33 (adnexae imagines editionis).

[15] Brandt l. c. XXXIX–LXXXI, de Inst. XLII–LXX. Opera Lactantii a 1465 usque ad 1500 impressa descripsit numeris 9806–9825 L. Hain, Repertorium bibliographicum in quo libri . . . usque ad annum MD typis impressi . . . recensentur, 2, 1, Stutgardiae / Parisiis 1831; editiones usque ad 1786 etiam ap. C. T. G. Schoenemann, Bibliotheca historico-literaria patrum Latinorum 1, Lipsiae 1792, 180–248.

runt I. Parrhasius (Venetiis 1509), I. B. Egnatius (Aldina, Venetiis 1515), X. Betuleius (Basileae 1563) et alii, sed curae textui constituendo adhibitae floruerunt saec. XVIII[16]: Cum C. A. Heumann (1736) Lactantii textum persaepe coniecturis mutasset, J. L. Bünemann (1739) recte a Brandt ut optimus antecessor laude ornatus[17] textui tradito intellegendo et seruando operam dedit nonnullis locis rectius quam postea Brandt (e. g. 1, 3, 7. 17, 10. 2, 3, 20). Bünemann notas, quas dederat C. Cellarius (1698), qui primus Lactantii operum capita per paragraphos digessit, integras et, ut iam alii priores, notas antecessorum selectas recepit. 1748 N. Lenglet-Dufresnoy editionem a J. B. Le Brun inchoatam (hic illic codd. Parisinis ueteribus nisam) absoluit, cui praeter suas etiam priorum notas selectas necnon ampliores dissertationes addidit[18]. Editionem minorem, sed paucis notis et coniecturis (e. g. 2, 11, 4) instructam curauit O. F. Fritzsche 1842; secundum hanc editionem laudabat Brandt opera Lactantii, antequam sua ederetur.

Primus profecto recensuit Institutiones ut cetera opera Lactantii S. Brandt 1890 in editione Vindobonensi. Textum constituit ex codicibus ueteribus BGHMPRSV recentioribus rarissimo[19] usus; ergo nonnumquam lectiones genuinas antea obrutas

[16] Editiones quarum hinc mentio fit numerantur infra p. LI; de his et aliis eiusdem temporis cf. Brandt l. c. LXV–LXX.

[17] Brandt l. c. LXVI sq.; XCII n. 1. Ex huius editionis cum notis, tum uerbis sine notis receptis apparet, qualis textus Lactantii operum, praesertim Institutionum, usque ad saec. XVIII uulgatus fuerit, cum antiquorum codicum lectiones saepissime tamquam sentibus innumerabilium recentiorum interpolatorum obrutae essent; cf. n. 18.

[18] De hac editione Brandt l. c. LXVIII. Eam J. P. Migne 1844 repetiuit PL 6 (inst., epit.) et PL 7 (cetera, aliorum opusculis adiunctis); hic ut apud Bünemann (u. n. 17) reperitur textus ante Brandt uulgatus, quo quidam etiam post Brandt usi sunt. Ex PL 6, 883–1016 laudamus notas quas dederat I. Isaeus 1646 (uelut ad 1, 11, 63).

[19] In locis supra nn. 6 et 7 laudatis adhibuit Gothanum, de quo u. infra n. 67.

protraxit. Incommodis quidem editio non caret, quia Brandt interdum lectiones codicum, quorum partem alii in eius usum contulerant, falsas reddidit[20], scribendi ratione paene fortuita usus est scripturis uetustissimi cod. B nimium obsecutus[21], adnotationem minutiis ad correctiones scripturasue pertinentibus onerauit, denique tradita uerba coniecturis siue priorum siue suis persaepe mutauit[22], nonnullis locis contra numeros clausularum, quod ei paulo post uitio dedit Th. Stangl[23] optime meritus de respicienda lingua Lactantii et Ciceroniana et posteriore uerborum usu imbuta. Quod Brandt in recensendis Institutionibus ea, quae nos Lactantii ipsius retractationi tribuimus[24], ab alio interpolata iudicauit[25], error, a quo ipse postea recessit[26], frugifer fuit, quia uiam ad uerisimilia inuenienda monstrauit[27]. Nihilominus Brandt etiamnunc summae auctoritatis esse debet, quia hucusque alia Institutionum editio non extitit digna, quae in eius locum succedat[28]. Duo subsidia ad explicanda cum alia scripta,

[20] E. g. B 1, 18, 5 (habet *senem*). 2, 11, 5 (habet *est*); BG 1, 18, 21 (habent *uulcano*); P 1, 18, 16 (habet *potest*). 2, 11, 4 (habet *coeperit*); R 1, 16, 2 (ad *uniuersa*). 2, 2, 10 (ad *mouetur*). 2, 17, 9 (ad *acceperimus*). – Ex errore priora recepit 1, 8, 8 *et* pro *e*; 1, 11, 63 *placans* pro *precans*; alii errores e. g. 1, 19, 3 *esse* om.; 2, 3, 14 *qui* pro *quia*.

[21] Cf. Brandt, Ed. I, XIX. CVII; sequitur B quamuis uariantem (conspectus XIX–XXII); ubi B deest, sequitur P, quia eius uerborum formas omnibus locis descriptos habet. V. infra p. XLV sq. et n. 150.

[22] E. g. 1, 1, 4. 9, 5. 16, 4. 17, 10. 21, 7; contra numerum 1, 1, 10. 7, 1. 11, 50. 2, 16, 12.

[23] Stangl 1915, passim; u. infra ad 1, 9, 5. 16, 4. 17, 13; de numero 1, 20, 27. Non probamus quod 2, 3, 1 al. scripturas *prodeesse* sim. Lactantio tribuit; cf. infra n. 151.

[24] V. supra p. VIII et nn. 5–7.

[25] Brandt, 1889; Ed. I, XXXII; cf. Heck, 1972, 17–19.

[26] Brandt, BPhW 23, 1903, 1225; cf. Heck l. c. 20 n. 9.

[27] Primus indicia abhinc non refutata attulit locos 2, 8, 6 add. 1–9 et laudes Constantini priori textui non congruentes postea insertos esse; cf. Heck l. c. 19; 22 sq.; 39 sq.; 138–150.

[28] De editionibus quas confecit Monat u. infra p. XII et nn. 32–35. –

tum Institutiones ministrauit, dicimus indices quos addidit editioni[29] et apparatus praeter adnotationem criticam sectiones, quibus indicantur et fontes et expilatores et qui Epitomes locus cuique Institutionum loco respondeat[30].

Lactantii scriptis minoribus in serie *Sources Chrétiennes* inscripta ab a. 1954 usque ad 1987 editis[31] etiam Institutionum libris singulis inde a 1973 deditus esse coepit P. Monat. Cum libri V textum, uersionem Gallicam et commentarium duobus uoluminibus 1973[32] edidit, breuem adnotationem criticam dedit et de textu quorundam locorum constituendo egit, sed editionem criticam non effecit nec hoc tunc sibi uindicauit. Quod expressis uerbis fecit, cum libros I, II, IV singulis uoluminibus edidit et rationes criticas a Brandt differentes protulit[33]. Sed quamquam nonnullis locis textum traditum a Brandt mutatum restituit et defendit, scribendi rationem diligentius adhibuit adnotationemque criticam strictiorem reddidit, succedere non potuit in locum

Winger, 1999, 93–251 libros V et VI (praemissis 3, 7, 1 – 13, 6; 4, 22–26. 30) breuiter adnotatos cum uersione Germanica edidit Brandt fere secutus, hic illic copiis nostris usus (cf. 93 n. 589).

[29] Index uerborum rerumque grammaticarum notabilium (Ed. II 2 [1897], 363–568) aliis exemplo esse potest materiae bene eligendae; Brandt una cum hoc indice etiam schedas in usum Thesauri linguae Latinae confecit. – Licet hic notemus nos ad inuestigandum Lactantii uerborum usum et similia adhibere textum Brandt arte computatoria tamquam in horreum redactum, quem 1975 ab Uniuersitate Bruxellensi recepimus, sed correximus et scribendi ratione uniformem reddidimus (cf. Heck, Philologus 132, 1988, 172 n. 67; Heck – Wlosok, 1996, 147 n. 12). Ab eo textu profecti hanc editionem arte computatoria instituimus; u. infra p. L.

[30] Cf. Lact. epit. edd. Heck – Wlosok, XXII–XXIV et n. 72; XLI. De huius editionis apparatu eiusque sectionibus u. infra p. XLVI sq.

[31] Cf. Heck, 1992, 592 n. 1.

[32] Cf. Heck, Gnomon 49, 1977, 366–370; de textu et adnotatione 369.

[33] Monat, Ed. inst. I (1986), 7. 20; Ed. inst. II (1987), 18 – cf. Heck, 1992, 593 –; Ed. inst. IV (1992), 27.

editionis Vindobonensis, primum quia codices neglegenter contulerat, etiam errores a Brandt descripserat[34], deinde quod recensendi officio minime satisfecit[34a].

Cum iam Brandt Lactantium in Bibliotheca Teubneriana iterum edere uoluisset, quod ne fieret bello 1914 orto prohibitum est[35], nos rogantibus aedibus Teubnerianis tunc Stutgardiensibus 1969 consilium cepimus scripta Lactantii edendi[36]. Inde ab a. 1972 Epitomen, ab a. 1974 Institutionum editionem praeparare coepimus subsidia arte computatoria comparando et codices lucis arte depictos conferendos curando[37]; hoc munere functa est Wiebke Schaub. Quod opus cum inde ab a. 1978 uariis de causis intermittendum nobis fuisset, a. 1988 denuo suscepimus ab Institutionum primo libro sumentes exordium. Sed iam a. 1971 Epitomen quasi minus specimen maiori operi praemittere constitueramus; quod consilium cum distulissemus fere 1981 certiores facti de editione, quam curaret Perrin, inde ab autumno a. 1991 renouauimus et Epitomes editioni operam dedimus[38]. Quae cum 1994 absoluta esset, aliis occupationibus[39] detenti inde ab a. 2001 – cum interea Bibliothecam Teubnerianam, quae post a. 1945 in Lipsiensem et Stutgardiensem diuisa a. 1991 rursus una facta erat, a. 1999 suscepisset K. G. Saur bibliopola Monacensis – denuo nos ad Institutiones edendas contulimus.

[34] Cf. Heck, 1992, 594 sq.; 2000, 599 sq.; ad inst. I Id., 2005, 57–60.

[34a] Cf. Heck, 1992, 596 et e. g. infra ad 1, 4, 4.

[35] Cf. Brandt, Philologus 78, 1923, 131 et Stangl, 1915, 224; ceterum cf. Lact. epit. edd. Heck – Wlosok, XVII.

[36] Idem consilium iam antea ceperant Wlosok et Jacques Moreau, quod huius praematura morte a. 1961 irritum factum est.

[37] Per annos 1975–1978 nos adiuuit societas *Deutsche Forschungsgemeinschaft* (*DFG*) nominata; u. infra n. 40 et p. L.

[38] Cf. Lact. epit. edd. Heck – Wlosok, XVII; Heck – Schickler (infra n. 39) 42.

[39] Etiam Epitome in Germanam linguam uersa: Lactantius, Göttliche Unterweisungen in Kurzform, übersetzt v. E. Heck u. G. Schickler, Monaci / Lipsiae 2001.

2. De Institutionum codicibus

Describimus codices quam breuissime[40] eo ordine, qui efficitur, cum ii ex textus recensione in classes distribuuntur, i. e. BG, DV, PA, HMW, KS, R; codicum sigla per ordinem alphabeticum digeremus p. LVI; illinc lectorem pagina indicata huc relegamus. Quomodo cuiusque classis codices inter se coniunctae sint, iam in hac parte breuiter notamus; quae rationes intercedant inter has classes, infra pp. XXXIV–XLII narrabitur, cum de recensendis Institutionibus agetur.

1. Classis β (et β³), i. e. codd. BG:

B B[41] = Bononiensis, bibl. uniu. (*Bologna, Biblioteca universitaria*) 701, saec. V in Italia scriptus litteris uncialibus, quaque pagina per binas columnas. Continet opera Lactantii in corpore X librorum, i. e. Inst. libros I–VII, deinde lib. VIII *De ira diuina* (sic), IX *De opificio diuino* (sic), X *Epitome* (sc. cc. 51–68

[40] Fusius de iis quos adhibuit, BGVPHMSR, egit Brandt, Ed. I, XIII–LVI. Horum codd. et eorum, quibus praeterea utimur, DKW, nobis praesto sunt imagines lucis arte siue taeniis minutis siue chartis depictae. Partem earum comparauimus sumptibus *DFG* (u. supra n. 37), ceteras nostris, quasdam locante instituto Parisino dicto *Institut de recherche et d'histoire des textes* (*IRHT*). Taenias codd. MPRS nobis insigni comitate credidit Institutum Erasmianum Monasteriense. Codices ex imaginibus (BDHPRV ipsis in bibliothecis ad locos quosdam inspectis) in usum nostrum sumptibus *DFG* contulit Wiebke Schaub 1975–1978 (de K u. infra n. 63). Eius notis usi praesertim eas lectiones, quas incertas uel a Brandt differentes indicauerat, ex imaginibus codicum recoluimus.

[41] B descripsit Brandt l. c. XIII–XXVI B¹ saec. VI uel VII, B³ saec. XIII uel XIV scriptum ratus. B¹ saec. V tribuit Lowe, CLA III 280 (cum imagine), B³ saec. VII, sed Bischoff (ap. Heck, 1972, 12 n. 7) eam manum semiuncialibus q. d. litteris usam ineuntis saec. VI uel etiam exeuntis saec. V esse confirmat (cf. Bischoff, 1966, 151; de fortuna cod. Hunt, 1962, 3–6). B praesto fuit nobis taeniis primo ab *IRHT* conductis, deinde a bibliotheca Bononiensi emptis.

tantum). Inst. extant foll. 1r – 221r. Initium deest 2 foll. amissis; f. 1 incipit a 1, 2, 2 *putaretur*; praeterea desunt 1, 5, 23 *sed ut est* . . . 6, 15 *in* (2 foll. amissis); 1, 11, 55 *leamus eos* . . . 18, 2 *rebus os* (8 foll. amissis); 4, 8, 6 *itemque ceteros* . . . 8 *reuelaret*. 9 *et alios item* . . . 11 *traduxerit*. 29, 4 *sed ille quasi* . . . 6 *portiones* (hos tres locos consulto omissos suppl. B^3); 5, 18, 7 *inanem* . . . 14 *dignissimus iudi* (lacuna prius orta; suppl. B^3); 6, 24, 27 *sed hominis* . . . 25, 11 *ad sacri* (folio amisso).

Quaedam menda correxit manus prima, quaedam manus secunda (B^2) eiusdem aetatis suo Marte. Sed et tertia manus (B^3) se interposuit paulo recentior[42] et exemplari a B^1 alieno usa ita, ut B^3 testis sui iuris habendus sit. Nam proprio fonte nisa menda manus primae correxit et omissa suppleuit[43], praesertim quae B^1 in libro IV consulto omiserat; etiam menda ex suo exemplari intulit uelut 2, 7, 11 *thebis* pro *ueiis* et quae addit 2, 7, 22 post *morbo*. Nonnullis locis in B ordo uerborum transpositus, sed restitutus est lineolis planis supra textum additis, e. g. 2, 9, 24 pro *prima sunt* habet B *sunt prima*, sed supra *s* duas, supra *p* unam lineolam; idem u. 1, 11, 10. 2, 9, 26 (ordo sic falso m.2 mutatus 1, 18, 11). B^3

G[44] = Sangallensis (*St. Gallen, Stiftsbibliothek*) 213, saec. V in G

[42] De aetate manus B^3 u. supra n. 41; ergo non B^3 e codice tardo et deteriore pendet (sic Brandt l. c. XXVI), sed tales recentiores e B a manu tertia tractato; B^3 codicem non solum, quod Brandt monet, mendis auxit, sed plura a B^1 omissa suppleuit (u. infra p. XXXV et n. 100) rectasque lectiones restituit uelut 6, 21, 4 (u. infra n. 101).

[43] Singula uerba s. l., plura in mg. sup. uel inf. suppleuit in textu locum ubi suppleantur signo *hd* uel *hd·* indicans, cui respondet in mg. ante suppleta *hs* uel *hs·*, e. g. 1, 8, 5. 2, 6, 1. 7, 2; de *hd* = *hic deorsum* et *hs* = *hic seorsum* u. post alios M. Perrin in: Lact. opif. ed. M. P., Parisiis 1974, 82 sq. (quamquam de additamentis, quibus B^3 auxit opif., adsentiri non possumus).

[44] Cf. Lowe, CLA VII 923; Brandt, Ed. I, XXVI–XXIX; amplius Id., 1884, ubi edidit quae legere potuerat. Nobis ut plura cognoscamus chartae lucis arte depictae praesto sunt, quas 1975 luce ultra uiolam

Italia scriptus litteris uncialibus, sed rescriptus saec. VIII Gregorii Magni dialogis, paginis inde ab 153 antea alio tractatu anonymo, ergo bis rescriptis. Extant ex libris I–VI 77 folia ordine, ut in palimpsestis fieri solet, perturbato. Sunt libri I 4, II 16, III 15, IV 12, V 10, VI 20 folia seruata, quae in codice per paginas numerantur[45]. Ubicumque G extat, indicamus in apparatus sectione ‘Codd.’ notata; hi loci sunt in hoc fasciculo: 1, 15, 30 – 16, 10. 17, 4–13. 18, 19 – 20, 2. 20, 14–24; 2, 1, 1 – 2, 14 (4 foll.). 4, 10–23. 5, 5–16. 5, 36 – 6, 5. 7, 9 – 8, 7 (2 foll.). 8, 31–43. 8, 53–65. 9, 3–25 (2 foll.). 10, 8–17. 16, 19 – 17, 9. 18, 6 – 19, 6.

B^1 et G ex communi fonte originem ducere uidit Brandt[46]; ergo hanc classem signo β comprehendimus, cum B^3 ex alio fonte deducta sit[47], quem β^3 signamus.

2. Classis δ, i. e. codd. DV:

D D[48] = Cameracensis (*Cambrai, Bibliothèque municipale*) 1219,

usus confecit P. Meinrad Wölfle OSB Beuronensis, quod ut fieret eximia beneuolentia concesserat Johannes Duft tunc bibliothecae Sangallensis moderator. Has imagines a W. Schaub collatas atque transscriptas hic illic denuo inspeximus. In paginis inde a p. 153 bis rescriptis lucis arte depictis ultra quae Brandt (cf. 1884, 248) membranis ipsis aqua leuiter madefactis legerat nihil agnosci potuit.

[45] Cf. tabulas ap. Brandt, 1884, 237–239 (sec. ordinem hodierni codicis); 239–244 (sec. ordinem textus Lactantiani, i. e. ordine prioris codicis restituto). In adnotatione Brandt paginas G primo sec. textus prioris ordinem, deinde uncis inclusas sec. codicis ordinem numerat, e. g. 1, 18, 19 ‘5 (151)’; nos solum hodierni codicis pag. indicamus. De Monat G neglegenter adhibente u. Heck, 1992, 595 sq.

[46] Brandt, Ed. I, XXIX sq.; Id., 1884, 253–256. Nota communia additamenta e. g. 1, 19, 4. 2, 1, 5. 5, 8, praesertim 2, 1, 13. 4, 3, 18 (cf. Brandt, 1884, 254); alia consulto mutata 2, 2, 11. 19, 3; menda uelut ordinem uerborum turbatum e. g. 2, 4, 22. 9, 8; omissa 1, 19, 3. 2, 5, 8. Non alterum ex altero, sed utrumque ex eodem fonte pendere monstrauit Brandt ibid. mendis utrique propriis.

[47] V. infra p. XXXV sq.

[48] Cf. Bischoff, 1998, 179 nr. 812. Brandt, Ed. I, LIII, eum codicem a

saec. IX Cameraci scriptus minusculis Carolinis, continet in 165 foliis libros I–VII. Paginae binis columnis scriptae sunt, sed exterior pars exterioris cuiusque columnae ab incendio aquaque detrimento adfecta est; quo ubi aliquid periit uel incertum est, notamus, si alicuius momenti est, i. e. si uariae lectiones praesertim in V occurrunt uel si textus contra ceterorum codicum consensum mutatur. Omisit D ut V 3, 17, 24 *quomodo* . . . 33 *omnium*; 4, 8, 6 *itemque ceteros* . . . 8 *reuelaret.* 9 *et alios item* . . . 11 *traduxerit*; 4, 29, 1 *fortasse* . . . 3 *generari.* Codicem interdum correxit manus prima, interdum duae ut uid. manus paulo recentiores (nobis D^2).

V[49] = Valentianensis (*Valenciennes, Bibliothèque municipale*) 147 (olim 140), saec. IX in scriptorio Remensi scriptus litteris minusculis Carolinis, continet in 144 foliis libros I–VI. Omisit V ut D 3, 17, 24 *quomodo* . . . 33 *omnium*; 4, 8, 6 *itemque ceteros* . . . 8 *reuelaret.* 9 *et alios item* . . . 11 *traduxerit*; 4, 29, 1 *fortasse* . . . 3 *generari.* Correxit codicem manus prima, sed saepius altera paulo recentior exemplari ut uid. correctiore usa. V

D et V ex communi fonte, quam δ signamus, originem ducere manifestum est, quia in libris III et IV eadem siue errore siue consulto omittunt, in libro V eandem appellationem Constantini 5, 1, 1 et ante subscriptionem notam *emendaui conferente secundo* exhibent; in DV etiam eadem interpretamenta locorum Graecorum sunt. Uterque habet menda propria, V plura quam D.

Exemplar quo saec. IX usus est Sedulius Scottus, cum Graeca Lactantii excerpsit interpretamentis Latinis additis, quae extant Sedul.

Lenglet adhibitum nusquam inueniri dixit, sed nos eum in bibliotheca Cameracensi praesto esse cognouimus taeniasque ab *IRHT* 1974 conduximus. Tria folium paria 35/35bis, 36/36bis, 48/48bis conglutinata W. Schaub in bibliotheca aperienda curauit paginasque adhuc opertas nec depictas contulit. Ergo D habet 165, non 162 folia.

[49] De V cf. Brandt, Ed. I, XL–XLVII, de aetate et origine Bischoff ap. Heck, 1972, 13 n. 19. Nobis taenias bibliotheca Valentianensis credidit, unde chartas trahendas curauimus.

in codice Parisino bibl. armamentarii (*Paris, Bibliothèque de l'Arsénal*) 8407 foll. 64^{V} – 66^{V}[50], ex δ pependisse uidetur, nisi quod nonnumquam ex π contaminatum fuit[51].

3. Classis π, i. e. P et fragmentum A:

P P[52] = Parisinus BN (*Paris, Bibliothèque nationale*) lat. 1662 (Puteani), scriptus saec. IX litteris minusculis Carolinis in monasterio Corbeiensi (*Corbie*)[53], continet corpus codici B simile, i. e. inst. I–VII, deinde ira et opif. et epit. inde a c. 51, sed mutilatam[54]. Inst. exhibentur a f. 1^{r} ad 163^{r}, desunt 5, 17, 22 *ire stultum* . . . 20, 12 *de quibus*; 6, 3, 2 *aditu esse* . . . 4, 1 *tartara*; 7, 22, 4 *quamuis* . . . 14 *conuerterent*; his locis scriptura continuatur, ergo lacunae iam in priore codice ortae sunt. Codicem correxit manus prima, sed plerumque altera (P^2) et tertia (P^3) eiusdem fere aetatis ex fonte meliore; exemplar quo altera usa est, ex classe σ pendet[55].

[50] Edidit Montfaucon, 1708, 243–247; imagines chartis depictas a bibliotheca recepimus. Cf. Brandt, Ed. I, CIV–CVII et Ed. II 2, 275 sq. Nos Sedulii excerpta non in editione ipsa inter testes notamus, sed una cum interpretamentis Latinis in appendicem quarti fasciculi relegamus (cf. infra p. XLIX); in adnotatione critica Sedulium non laudamus nisi ubi maioris momenti est, e. g. 2, 10, 4.

[51] Rem ita se habere apparet ex Graecis a Sedulio fere sicut in DV scriptis, rarius P similibus, cui etiam quaedam interpretamenta propinqui sunt. Ut Sedulii lectiones, quas in appendice proferemus, cum DV et P conferri possint, iam in edendis Graecis scripturas eorum codicum amplius notamus quam infra p. XLIX uolumus. Sedulius uix 'instar codicis Lactantii' (Brandt l. c. CV) habendus est, quia quae a DVP aliena habet, e. g. 1, 6, 4 προcδεομαι pro προσδέεται (interpretatus *eget*) uel 1, 8, 3 δυναται pro δύνατ', ubi aut lemma lexici pro forma finita aut scripturam plenam pro breuiata reddit, propria sunt uiri saec. IX grammaticae quasi purgatae operam dantis.

[52] Cf. Brandt, Ed. I, XXXVIII–XL. Taeniam imaginum codicis nobis credidit Institutum Erasmianum Monasteriense.

[53] Bischoff, 1966, I 58 cum n. 29.

[54] Cf. Lact. epit. edd. Heck – Wlosok, XXXII.

[55] E. g. 1, 20, 36 *stercutus* pro *sterculus*; 1, 14, 5 *diespiter*; cf. 1, 21, 4 *sacrilegiis*; cf. Heck, 1972, 176; 178.

A[56] = fragmentum Auerbodense, i. e. 4 folia in cod. Auerbodensis (*Averbode, Bibliothèque de l'abbaye*) 44 E XIV inuolucrum inglutinata, quae olim partes erant codicis Institutionum nunc deperditi, qui saec. IX in monasterio Fuldensi litteris minusculis Carolinis per binas columnas scriptus erat. Exhibent haec folia inst. 4, 29, 12 – 5, 2, 8 columnis exterioribus resectis mutila. A

Hunc codicem ex eodem fonte originem duxisse ac P apparet ex mendis communibus 5, 1, 11 *strictior* pro *instructior*, 19 *gaudium* pro *gradum*, 22 *ignorabilis* pro *ignobilis* et *uere* pro *se*; lectio 5, 2, 4 *Christianorum* pro *Christianum* a P aliena et cum BR communis a Brandt falsa iudicata recta est, i. e. A hoc loco textum genuinum seruauit et P ut alii siue sua sponte siue ex contaminatione falsum exhibet.

4. Classis η, i. e. codd. HMW:

H[57] = Palatino-Vaticanus (*Biblioteca Apostolica Vaticana*) lat. 161, saec. IX scriptus in coenobio Sancti Amandi (in Gallia septentrionali) litteris minusculis Carolinis, continet, quia initium excidit, in 235 foliis Inst. ab 1, 6, 5 *deo autem* totas, praeterea f. 236 cum propria inscriptione opif. 19, 1–8 et 20, 1 . . . 2 H

[56] Cf. Bischoff, 1998, 40 nr. 172. Primus de A egit Cappuyns, 1964, 39–43 imaginibus inde a 5, 1, 1 additis et uariis lectionibus quas alicuius momenti putaret ex toto fragmento prolatis (nec satis cum aliis codd. sec. Brandt collatis); nos adhuc nihil ultra uidimus. Aliud eiusdem cod. fragmentum (inst. 5, 17, 10 – 19, 33) extat in cod. Florentino Laurentiano Ashburnhamiensi 1899 (Bischoff l. c. 257). De duobus fragmentis u. praefationis in tertio fasciculo supplementum.

[57] Cf. Brandt, Ed. I, XXXIV–XXXVI. Taenias imaginum primo nobis *IRHT* locauit, deinde a. 1990 a bibliotheca uniuersitatis Heidelbergensis emimus, quod summa beneuolentia permisit P. Leonard E. Boyle O.P. tunc Bibliothecae Vaticanae praefectus. – In ima pag. ultima, i. e. f. 236^V H^1 subscripsit: *Antestis d(omi)ni nimium praeclarus amande | hunc tibi lotharius librum sic scribere fecit*; de hoc Lothario (†828) et scriptorio coenobii S. Amandi cf. Lowe, CLA X, XIV sq. cum imagine.

expectant (sic). Codicem correxit praeter manum primam etiam altera meliore exemplari usa.

M M[58] = Montepessulanus schol. med. (*Montpellier, Faculté de médecine*) 241, saec. IX loco ignoto scriptus litteris minusculis Carolinis, continet in 186 foliis Inst. totas, sed pristini codicis initium excidit usque ad 1, 9, 8 *quinni putem*, quae foll. 1–8 M^p suppleuit manus posterior signata M^p saec. XII. Post finem Inst. sequitur propria inscriptione data opif. 19, 1–8 et 20, 1 . . . 2 *expectant*. Codicem correxit et manus altera paulo tardior.

H et M tamquam gemellos fratres esse iam uidit Brandt[59]; coniunguntur praesertim 2, 8, 3 uerbis *fecerit . . . solus esset* pro *uoluerit*, 4, 30, 10 *aut arriani* haereticorum seriei additis, 6, 23, 10–11 *haec tamen . . . parcit* consulto omissis et fragmentis ex opif. 19–20 additis[60]; praeterea Graeca fere omnia (inde ab 1, 8, 3) Latinis litteris transscripta et distorta exhibent. M plura menda habet quam H, sed etiam utrique propria sunt.

W W[61] = Vindobonensis ÖNB (*Wien, Österreichische Nationalbibliothek*) lat. 719, scriptus litteris minusculis Gothicis saec. XIII,

[58] Cf. Bischoff, 2004, 205 nr. 2851 (M in Gallia orientali uel in Germania occidentali scriptus uid.); Brandt l. c. XXXVI sq. De fortuna cf. Lowe, CLA VI 789 (saec. XII M fuit Diuiduni [*Metz*], ubi supplementum M^p et duo folia codicis saec. VII a Lactantio alieni addita sunt). – Taeniam imaginum nobis credidit Institutum Erasmianum Monasteriense. Nota: f. 185 (7, 20, 5 *contestantibus* . . . 21, 8 *accipient*) olim ante f. 181 collocatum post f. 184 (7, 27, 9 *quam bonã*) transpositum est.

[59] Brandt ibid. Ea de causa M usque ad 1, 10 tantum notauit, Monat per totum opus, quod et nobis placet.

[60] Haec in KS ante 7, 27, 3 inserta sunt; u. infra p. XXVIII.

[61] Cf. Brandt, Ed. I, XXXVII. Taeniam imaginum a bibliotheca comparauimus. Partes, praesertim 1, 1–6, contulit W. Schaub; locos lectionibus codicum HM uel KSR insignes (notandum est W 1, 6, 12 exhibere additamentum a KSR insertum, ab HM alienum; cf. infra n. 119) inspexit Heck 1988 adiutore Wolfram Winger, 1, 7–9 contulit 2001 adiutrice Katrin Fürst.

continet Inst.[62] 127 foliis. Quia W cum HM plurimis propriis lectionibus coniungitur, ergo eodem fonte ortus est, adhibemus eum quoad illorum initia desunt, i. e. usque ad 1, 9, 11.

5. Classis σ, i. e. codd. KS:

K[63] = Casinensis (*Montecassino, Biblioteca del convento*) 595, scriptus saec. XI litteris Beneuentanis binis columnis, continet in 90 foliis per paginas numeratis Inst. cum additamentis ed. secundae[64], sed uariis detrimentis desunt: 1, 19, 6 *factos* ... 20, 23 *humanum hoc* (folio exciso); partes textus 1, 23, 2 – 2, 1, 13 (parte f. 22 = p. 43 sq. inferiore abscissa); 2, 8, 6 add. 2 *starent* ... 3, 12, 35 *uideamur* (pluribus foliis amissis, ft. iam fonte mutilato); partes textus 3, 12, 35 – 14, 6 (parte f. 31 = p. 61 sq. abscissa); 4, 1, 3 *tatur mortem* ... 4, 6, 8 *ego eram cui* (3 foll. excisis); partes textus 4, 15, 19 – 4, 16, 8 (parte f. 50 = p. 99 sq. superiore abscissa); 4, 16, 9 *contumelia* ... 4, 17, 15 *habeamus* (folio exciso); 6, 3, 7 *si ducem nactus* ... 4, 13 *mala eius et* (folio exsecto); 6, 6, 17 *defensor si* ... 7, 3, 19 *si ita esset* (p. 156 lacuna indicata omissa transsiliuntur, ergo iam fons mutilus); 7, 15, 4 *tamque mirabile* ... 7, 18, 4 κόσμον (2 foll. excisis); 7, 22, 16 *animae reuerti* ... 27, 1 *spatiis* (2 foll. excisis); ultimum folium continet p. 179 7, 27, 1 *ad metam* ... 2 *modo possunt*, laudes Constantini 7, 26, 11–17, deinde p. 180 propria inscriptione opif. 19, 1–8. 20, 1 ... 2 *expectant*[65], inst. 7, 27, 3 *proinde* ... 4 *operam dare ut*; finis libri deest.

K

[62] Folium excisum 1, 3, 19 *tot fuerint imperatores* ... 1, 4, 8 *principes aut* suppleuit manus posterior proprio folio. Iam in priore codice defuerunt quae W omisit 1, 13, 2 – 14, 1. 15, 18–31. 6, 23, 29 – 24, 5.

[63] Cf. Codicum Casinensium manscriptorum catalogus rec. M. Inguanez, uol. III pars 2, Montis Casini 1941, 272. Brandt, Ed. I, LI sq. codicis mentionem tantum fecit ut ex eodem fonte orti ac S, sed cf. Heck, 1992, 594. Taeniam imaginum adiuuante bibliopola adepti sumus; partes praesertim lib. II et VII contulit W. Schaub, K totum 1981/82 contulit Heck adiuuante Elke Ahlborn†.

[64] Cf. supra p. VIII nn. 6–7.

[65] Haec fragmenta HMW in fine adnexa exhibent; u. infra p. XXVIII.

Codicem correxerunt manus prima et manus altera eiusdem fere aetatis; quaedam (e. g. 3, 25, 15 *Phaedonem* pro *Pythagoram*) secundum editionem impressam correxit manus recentissima.

S S[66] = Parisinus BN (*Paris, Bibliothèque nationale*) lat. 1664, scriptus saec. XII in Italia litteris Gothicis, continet in 182 foliis Inst. cum additamentis secundae editionis, at partes non a manu priore S signata, sed a manibus posterioribus suppletae sunt: Primum folium, quod detrimentis affectum esse uidetur, trans-

S^p scripsit manus fere saec. XIV S^p signata; ergo S ipsa incipit f. 2^r ab 1, 1, 7 *esse his*. Tum desunt iam fonte, ut uidetur, mutilato 2, 8, 35 *aliquid qui* . . . 3, 14, 11 *philosophorum sa* et 6, 6, 14 *esse coeperint* . . . 7, 5, 6 *spectans uultus*; has lacunas suppleuit manus saec. XIV uel XV pendens ex classe η, quam Brandt merito in adnotationem non recepit. Ante 7, 27, 3 post alteras laudes Constantini S eadem fragmenta ex opif. 19–20 exhibet quae K.

Praesertim hinc, sed etiam ex aliis rebus (e. g. mendis 2, 8, 4 add.), manifestum est K et S ex communi fonte fluxisse. Sed S non a K descriptus est, quia 3, 17, 36 pro *audiat* S cum HMR^2 habet *audeat*, K *audat* errorem separatiuum, unde S pendere nequit, et 3, 25, 7 pro *componere* habet *comprehendere*, quod et K habuit antequam manus prima restituit *componere* (unde conicias K pendere ex exemplari duplices lectiones continente); ergo si S saeculo post ex K descriptus esset, uix intellegeres quare lectionem ante correctionem lectu difficilem recepisset. Utique K prior classis σ testis est quam S et praesertim in additamentis libri VII, ubi R deest, testis uetustissimus (K inter R et S alterius gradus esse apparet et ex 5, 1, 10 add., ubi R recte *uenena tegentia*, K *uenenum teg-*, S *uenenum agentia* habet)[67].

[66] Cf. Brandt, Ed. I, XLVII–LI. Taeniam imaginum nobis credidit Institutum Erasmianum Monasteriense.

[67] Cum K et S nobis praesto sint, noniam necesse est ad additamenta editionis secundae (ut Brandt et eum secutus Heck 1972) uel alias (ut

6. Classis ρ, i. e. cod. R:

R[68] = Parisinus BN (*Paris, Bibliothèque nationale*) lat. 1663 (Regius), scriptus litteris minusculis Carolinis saec. IX in Gallia occidentali; deinde fuit monasterii Floriacensis (*Fleury*). Continet in 216[68a] foliis Inst. cum additamentis editionis secundae, quoad extat. Nam mutilus est et iam ex fonte mutilato originem ducere uidetur; desunt 2, 9, 8 *nam* . . . 3, 4, 4 *sicut*, 4, 16, 12 *audaciam* . . . 17, 5 *sed et ipse*, 6, 25, 4 *quae etiam* . . . 7, 7, 3 *aliorum etiam*, 7, 9, 12 *sentiens uel* usque ad finem. Primam lacunam suppleuit saec. XII Iulianus quidam ex codice Planipedensi (ex monasterio *Pleinpied* prope Auaricum [*Bourges*])[69]; R

R^p

Monat) adhibere g = Gothanum (*Thüringische Landes- und Forschungsbibliothek Gotha*) membr. I 55 saec. XIV. Quem (et eius propinquos) sui iuris testem putauit M. C. Tagliente, AFLPer 16–17, 1, 1978–1980, 13–31, sed u. Heck, 1992, 594 n. 6 et infra n. 126; g eiusque propinqui pendent ex codice contaminato, cuius fontes in inst. sunt V, P et S, coniecturisque praesertim in Graecis aucto. Locos et longiores textus partes Gothani inspexerunt W. Schaub et Heck, quibus taenias comiter credidit Michel Perrin.

[68] Cf. Brandt, Ed. I, XXX–XXXIV; Heck, 1972, 184 sq.; originem nos docuit Birgit Ebersperger in Academia Monacensi edendo Bischoff, Katalog . . . III dedita. Taeniam imaginum totius codicis nobis credidit Institutum Erasmianum Monasteriense, postquam 1971 adepti sumus imagines chartis depictas foll. $1^r – 60^r$ (i. e. etiam supplementi Planipedensis; cf. Heck l. c. 13 n. 15; 174 n. 18). Numeros q. d. stichometricos, quos exhibet R signo *u. n.* in inscriptione et subscriptione libri IV et in inscriptione libri VI, u. infra p. XXVI sq.

[68a] In numerandis foliis tertium decimum praetermissum est; ergo inde a f. 13 numeri in codice scripti uno minores sunt (e. g. f. 56^r, ubi incipit R^p, re uera f. 57^r est); hos minores numeros recipimus sicut Brandt; folium praetermissum 12bis numerari oportet.

[69] Cf. Brandt l. c. XXX sq. Iuliani subscriptio f. 59^V haec (compendiis fere expletis): *Ego iulianus armarius cum hęc q(uat)tuor folia deessent· quesiui ea multis in locis· (et) q(uia) liber hic raro inuenitur uix tand(em) repp(er)i in monasterio clericorum p(ro)pe bituricas q(uo)d plani pedes d(icitu)r.*

quod supplementum Planipedense (i. e. foll. 56^{r} – 59^{v}) signo R^{p} notauit Brandt. Cum iam prima manus quaedam correxisset, altera manus codicem castigauit, quam Brandt R^{2} notauit, sed iam uidit manum esse eiusdem Iuliani[70]. Qui utique usus est exemplari classi σ adscribendo, quia et appellationem Constantini 3, 1, 1 necnon lectiones ad editionem secundam pertinentes 2, 8, 39 et 12, 7 habet et correctiones eius nonnumquam lectionibus KS adfines sunt[71].

3. De librorum I–VII inscriptionibus

Lactantium ipsum singulis Institutionum libris proprias inscriptiones dedisse satis constat, cum hae inscriptiones non solum in codicibus, i. e. inscriptionibus et subscriptionibus cuiusque libri exhibeantur, sed etiam auctoris ipsius testimoniis confirmentur, qui earum in prooemiis et epilogis facit mentionem. Placuit nobis haec testimonia unum in locum congerere ita, ut primo inscriptiones et subscriptiones codicum, quas Brandt suo quoque loco protulit, hic in adnotationem secundum ordinem librorum redigamus[72], deinde ex codicum lectionibus et testimoniis auctoris singulorum librorum inscriptiones colligamus. Proferamus ergo inscriptiones et subscriptiones quas habent codices (compendiis fere expletis; prius notamus nihil tale extare in G):

1 a. Inscriptio totius operis:
incipit liber lactantii contra gentes M (i. e. M^{p}); *l. coelii lactantii firmiani diuinarum institutionum lib.* (i. e. libri) *VII* K m. rec. (taeniis pictis uetustior inscriptio operta?); *incipit liber* (deinde s.l., sed eras. *celi*) *firmiani· institutionum diuinarum* et in mg. dext. ab imo ad summum *celii firmiani de religione et*

[70] Brandt l. c. XXXIII sq.
[71] Cf. Heck, 1972, 173 sq. cum n. 17; adde 1, 21, 6 *moluio*.
[72] Ergo in adnotatione critica ad initium et finem cuiusque libri lectores huc relegabimus.

rebus diuinis ad constantinum imperatorem R; nihil tale in DVPWS; initium omnino deest in BH.

1 b. Inscriptio libri primi:
incipit (om. DP) *liber firmiani* (*ni* inc. D; *-mini* V) *lactantii de falsa religione* (*ligione* inc. D) DVP; *l. caecili firmiani* (s.l.) *lactantii liber primus contra gentes* m. rec. in mg. sup. M; *firmiani lactantii de falsa religione deorum li(ber) in(cipit)* S (i. e. S^p); nihil tale in WKR. – Tituli in summa quaque pag. sin. *de falsa*, dext. *religione* BDV.

2. Subscriptio libri primi, inscriptio libri secundi:
l. caeli firmiani lactanti de falsa religione liber primus explicit incipit liber secundus de origine erroris legenti uita in christo iesu domino nostro B (antea in fine col. christogramma q. d. inter A et Ω); *explicit liber de falsa religione incipit de origine erroris* DV; *cecilii firmiani de falsa religione liber primus explicit* (deinde in pag. uacua inseruit testimonia Hieronymi m. rec.) *incipit liber secundus lactantii caecilii firmiani de origine erroris ad constantinum imperatorem* P; *firmiani lactantii de falsa religione deorum liber primus explicit incipit de eadem religione falsa liber II* H; *explicit liber primus. incipit II de falsa religione* W; *firmiani lactantii de falsa religione deorum liber primus explicit. incipit liber secundus de origine mortis* (sic) KS; *l. caeli firmiani institutionum diuinarum liber primus explicit feliciter. incipit secundus de origine erroris* R; subscr./inscr. spatio uacuo om. M. – Tituli in summa quaque pag. sin. *de origine*, dext. *erroris* BDV.

3. Subscriptio libri secundi, inscriptio libri tertii:
l. caeli firmiani lactanti de origine erroris liber secundus explicit incipit de falsa sapientia liber tertius legenti uita in christo iesu B; *explicit liber II incipit liber III* D (deinde *et*?) V; *de origine erroris liber secundus explicit incipit de falsa sapientia liber III* P; *firmiani lactanti de falsa religione deorum liber II explicit incipit de falsa sapientia philosophorum liber tertius* H (eadem S in supplemento m. rec.); *explicit liber secundus incipit III de falsa sapientia philosophorum* W; exciderunt haec in

KSR (de m. rec. S u. supra; R^{p} a libro II ad III proxima lin. sola litt. initiali distincta pergit[73]); subscr. et inscr. om. M. – Tituli in summa pag. sin. *de falsa*, dext. *sapientia* BV (ubi a f. 73^{r} accedit numerus *III*).

4. Subscriptio libri tertii, inscriptio libri quarti:
l. caeli firmiani lactanti de falsa sapientia liber III explicit incipit de uera sapientia et religione liber IIII feliciter legenti uita in christo iesu B; *de falsa sapientia liber III explicit incipit de uera sapientia et religione liber IIII feliciter* DV; *de falsa sapientia liber tertius explicit incipit de uera sapientia liber quartus* P; *incipit liber IIII de uera religione et uera sapientia* tantum H; *explicit liber tertius incipit liber quartus firmiani lactanti de uera religione et uera sapientia* W; *l. caeli firmiani de falsa sapientia philosophorum liber III explicit incipit de uera sapientia et religione liber IIII* KS; *l. caeli firmiani institutionum diuinarum liber III explicit incipit liber IIII de uera religione et sapientia u. n.* (i. e. *uersuum numero*) *$\overline{II}$ DCCC hic dicit de natiuitate et passione domini christi et iudaeis* R; subscr. et inscr. om. M, subscr. H. – Tituli in summa quaque pag. sin. *de uera sapientia*, dext. *et religione lib.* (om. V) *IIII* BV.

5. Subscriptio libri quarti, inscriptio libri quinti:
l. caeli firmiani lactanti de uera sapientia et religione liber IIII explicit incipit de iustitia liber V legentium uita in cristo iesum (sic) *dominum nostrum* B; *de uera sapientia et religione liber IIII explicit incipit de iustitia liber* (om. D) *V* DV, eadem nisi *incipit liber quintus de iustitia* P; *firmiani lactanti de religione uera et uera sapientia liber IIII explicit incipit liber V de iustitia feliciter* HM; *explicit liber IIII incipit* tantum W; *de uera sapientia et religione liber IIII explicit incipit liber V de iustitia feliciter* KS; *l. caeli firmiani institutionum diuinarum liber IIII explicit u. n.* (u. supra 4.) *$\overline{II}$ DCCC incipit liber V de*

[73] Subscriptionem Iuliani ad supplementum Planipedense u. supra n. 69.

iustitia R. – Tituli in summa quaque pag. sin. *de iustitia*, dext. *lib. V* B (in V semel duabus primis pag. *de* et *iustitia lib. V*).

6. Subscriptio libri quinti, inscriptio libri sexti:

lactanti de iustitia liber V explicit incipit de uero cultu liber VI B; *explicit liber V de iustitia feliciter incipit de uero cul* (cetera cum mg. dext. desunt) D, *de iustitia liber quintus explicit incipit de uero cultu liber* (om. V) *sextus* PV; *firmiani lactanti* (*-tii* H) *de iustitia liber V explicit incipit de uero cultu liber VI feliciter* HM; *incipit liber VI de uero cultu* tantum W; *de iustitia liber V explicit incipit de uero cultu liber VI feliciter* KS; *l. caeli firmiani institutionum diuinarum liber V de iustitia explicit incipit liber VI de uero cultu u. n.* (u. supra 4.) *II D* R. – Tituli in summa quaque pag. sin. *de uero cultu*, dext. *lib. VI* B.

Nota: inter 5, 23, 5 et subscr. inserunt m.1 *emendaui conferente secundo* DV.

7. Subscriptio libri sexti, inscriptio libri septimi:

de uero cultu explicit liber VI incipit de uita baeata (pr. *a* del.) *liber VII* B; *explicit de uero cultu liber VI incipit liber VII de uita beata feliciter* D; *explicit de uero cultu deo gratias mihi autem adhaerere deo bonum est inmanuhel* V qui hic desinit; *explicit de uero cultu domino gratias incipit liber septimus de uita beata* P; *incipit liber VII eiusdem de uita beata feliciter* tantum H, *l. caecili firmiani lactanci de uero cultu explicit liber VI incipit liber VII eiusdem de uita beata feliciter* M (eadem fere S in supplemento m. rec.); *incipit liber VII* W; in H deest subscriptio; omnino haec exciderunt in KSR. – Tituli in summa quaque pag. sin. *de uita beata*, dext. *lib. VII* B.

8. Subscriptio libri septimi uel totius operis, inscriptio libri Lact. ira:

l. caeli firmiani lactanti de uita beata liber VII explicit incipit de ira diuina liber VIII B; *inclina domine aurem tuam et exaudi unum potens per omnia foue* tantum D; *celi firmiani institutionum diuinarum de uita beata explicit septimus liber incipit de ira diuina liber octauus* P; *firmiani lactanti explicit*

liber VII eiusdem de uita beata feliciter de dei opificio id est de ratione firmiani lactanti (om. M) *ad demetrianum* HM[74], qui deinde exhibent opif. 19, 1–8. 20, 1 . . . 2 *expectant* (eadem sine subscriptione et inscriptione habet W).

Post 7, 27, 2 et 26, 11–17 haec: *de dei opificio id est de ratione f. l. ad demetrianum*, deinde opif. l. c., KS; post inst. 7, 27, 3–16 hoc: *explicit liber ultimus* S; post 7, 27, 3–4 *dare ut* desinit K; R iam 7, 9, 12 desinit, V iam post librum VI.

Nunc colligamus, qui testes inscriptiones toti operi et singulis libris a Lactantio datas exhibeant:

1 a. totius operis: *Diuinae institutiones* Lact. inst. 1, 1, 12. ira 2, 4. epit. praef. 1; in codd. sic non nisi K m. rec., *inst- diu-* P subscr. VII, R subscr. I, III, IV, V (ex Hier. uir. ill. 80, 2).

1 b. libri I: *De falsa religione* in codd. inscr. DVP, subscr. BDVP, tituli in summis pag. BDV; nota: H (et W) libros I et II ut libros *De falsa religone deorum* (cf. 2, 1, 1) *I* et *II* numerant (ex inst. 3, 30, 10); cf. Lact. inst. 2, 1, 1 (plur.). 3, 2, 1 *religionum falsitas*. 3, 30, 10 (plur., de lib. I et II). epit. 25, 2 (sing., sed de parte libris I et II respondente; cf. 36, 1).

2. libri II: *De origine erroris* Lact. inst. 3, 2, 1; in codd. inscr. BDVPR (*de o. mortis* KS), subscr. B, tituli in summis pag. BDV; de H et W u. supra 1 b.

3. libri III: *De falsa sapientia* Lact. inst. 3, 30, 10; cf. 7, 1, 3. epit. 25, 2. 36, 1; in codd. inscr. BP, subscr. BDVP (*de f. s. philosophorum* inscr. H, subscr. KS), tituli in summis pag. BV.

4. libri IV: *De uera sapientia et religione* in codd. inscr. BDVKS, subscr. BDVPKS (*de u. s.* tantum P inscr., *de u. r. et u. s.* inscr. H, subscr. HM, *de u. r. et s.* R inscr.), tituli in summis pag. BV; cf. Lact. inst. 3, 30, 10. 4, 30, 15. epit. 36, 1.

5. libri V: *De iustitia* Lact. inst. 4, 30, 15. 5, 5, 1; cf. 5, 17, 17. epit. 53, 1; in codd. inscr. et subscr. omnium, tituli in summis pag. B.

[74] Duos uersus quos H^1 toti codici subiecit u. supra n. 57.

6. libri VI: *De uero cultu* in codd. inscr. omnium, subscr. BDVPM, tituli in summis pag. B; cf. Lact. inst. 6, 1, 11 (et 6, 2, 13. 15, 8. epit. 62, 4).

7. libri VII: *De uita beata* Lact. inst. 3, 13, 3. 7, 5, 8; in codd. inscr. BDPHM, subscr. BPHM, tituli in summis pag. B.

Nota: codices, qui quibusdam locis non citantur, his locis aut desunt (e. g. KSR) aut subscriptionem siue inscriptionem omnino omiserunt (e. g. M) aut nihil nisi libri numerum exhibent.

Postremo notamus nomen gentile Lactantii, quamquam non ab omnibus testibus idem exhibetur, tamen pro certo habendum est *Caelius*, quia *Caecilius*, quod nonnullis placet[75] suadente titulo Cirtensi CIL VIII 7241 *L. Caecilius Firmianus*, nonnisi a P in subscriptione libri I et inscriptione libri II atque ab M in inscriptione libri I (manu recentiore) et in subscriptione libri VII exhibetur, cum *Caelius* (sc. genitiuus *caeli*) a B et R, quoad praesto sunt, fere semper (B in subscriptione libri V habet *lactanti* tantum), praeterea a KS in subscriptione libri III et a P in subscriptione libri VII extet.

4. De Institutionibus recensendis et emendandis

Lactantii Institutiones recensendi exordium sumendum putamus a duabus rebus, quamuis altera alteri repugnare uideatur[76]:

1. Institutionum duas formas, breuiorem et longiorem, exhibent codices; pars codicum habet locos, qui ceteris desunt, scilicet disputationes de causa et origine mali, quae dicuntur ‘additamenta dualistica’, et laudes Constantini[77]. Formam breuem

[75] E. g. J. Moreau in: Lact. mort. pers. ed. J. M., Parisiis 1954, 14 n. 1; T. D. Barnes, Constantine and Eusebius, Cantabrigiae (Mass.) 1981, 13 n. 93. Cf. supra n. 1.

[76] Cf. Heck, 1972, 196–202 (‘Doppelrezension und gemeinsamer Archetyp’); breuiter Id., 1993, 404–407. Copiose de recensendis Inst., sed suis iudiciis nisus Brandt, Ed. I, LVI–LXXIV.

[77] Cf. supra p. VIII nn. 6–7.

praebent, quoad extant, BGDVP fere puram, formam longam, quoad extant, R et KS; HM (et W) breuem formam tradunt, sed quaedam ex longiore contaminati receperunt[78]. Quae duae formae quomodo ortae essent, diu multumque disputatum est[79], hodie autem communis quae dicitur opinio uidetur esse Lactantium ipsum breuem formam retractando in longiorem redegisse, sed hoc opus non absoluisse[80].

2. Quae cum ita sint, fieri uidetur non posse, ut omnes codices ex uno eodemque archetypo originem ducant, cum iam duo Lactantii autographa, breue et longum, statuenda esse uideantur. Sed illum communem omnium codicum archetypum fuisse Brandt[81] probauit ita, ut, licet de plurimis locis haud recte iudicauerit, huic sententiae quod opponas non habeas. Nam et menda omnium codicum inuenit communia et locos protulit, ubi falsae lectiones longioris formae testium cum parte testium formae breuioris contra alteram partem congruunt.
Menda omnium communia[82]: 2, 4, 31 *sustulerat* pro *sustulisset*;

[78] Hic rem summatim strinximus (cf. Heck, 1992, 593 sq.); de classibus δ (DV) et π (P) singulis locis ex forma longa contaminatis u. infra p. XXXVII et XL, de classe σ (KS) olim breui, sed ex ρ (R) repleta p. XXXVII sq., de η (HM) p. XXXIX.

[79] Primus diligenter de ea re egit Brandt, 1889; ceterum u. Heck, 1972, 17–23; summatim Wlosok, 1989, 390.

[80] Quin forma longior breui posterior esset, inde a 1972 nemo fuit qui dubitaret. Additamenta denuo Lactantio abrogauit Monat, Ed. inst. II, 16 (cf. Heck, 1992, 596); ea, imprimis laudes Constantini, Lactantium iam a. 310/11 absoluto operi inseruisse temere (e. g. Epitome omnino neglecta) contendit E. D. Digeser, JECS 2, 1994, 35–52; Ead., Making a Christian Empire – Lactantius & Rome, Ithacae (NY) / Londinii 2000, 134 sq.

[81] Brandt, Ed. I, LVII–LXXI; cf. Heck, 1972, 196–200.

[82] Brandt l. c. LVII sq.; plures quidem locos quam oportuit, ut erat nimis amans coniecturarum, falso traditos putauit, sed satis multi probabiles restant. Cf. Heck l. c. 197–199; inst. 3, 18, 5 et ea, quae laudat 198 n. 11, errores auctoris ratus seruat Id., 1993, 409–415; inst. 6, 11, 16 *dicitis* tuetur Winger ad l. (1999, 210 n. 1383).

8, 62 *corporata* pro *torporata*; 9, 9 *hibernus* pro *hibernum*; 17, 5 *dei* omissum uidetur; 3, 9, 18 *ad ea quae* pro *ea ad quae* (*ea* exp. V^2; G inc.); 15, 13 *faciet inquit sapiens idem Seneca* pro *f. s. inquit idem S.*; 21, 9 *etiam* falsum pro *tantum* ut uid.; 4, 13, 16 *curasset* falsum, pro *furasset* ut uid. (*celasset* P, coniectura). Lectiones falsae longioris formae testium, praesertim R, parti testium breuioris formae, praesertim B, congruae[83]: Maximi momenti lacunae: 1, 4, 4 *qui talia loquebantur* om. BM^pKSR (HW desunt); 1, 7, 11 *de . . . disseremus* om. BHM^pWKSR, solum sequens *nunc* om. DVP. – BR contra ceteros: 1, 7, 8 post *oportere* add. *debere*; 20, 10 *flagitante populo* pro *p. f.*; 2, 3, 11 *uulgatum* pro *uelatum*; 5, 33 *et* omissum; 7, 16 *lucinae* pro *laciniae*; BKSR contra ceteros uarios: 1, 18, 11 *faciendo* pro *fas endo* (*fas est do* DVP^{ac}); cf. 1, 21, 40 *idem* DVPR, *idae* B^1HMKS pro *ide*. – BDVPR contra HMKS: 2, 7, 11 *interrogauit* pro *interrogaret*; cf. 2, 5, 39 BPR *solidi*, DV *solidii* pro *sola dei*; huc referas etiam 1, 15, 31 *o patriae* DVPKSR (B deest, G inc.) pro *o genitor* contra HM, qui *o patriae genitor*[84].

Quomodo duae operis formae ab ipso auctore confectae et omnium codicum archetypus communis inter se conciliari pos-

[83] Adferimus locos librorum I et II; cf. Heck l. c. 199. Plura Brandt l. c. LVIII–LXIV cum tabulis. De nonnullis locis constituendis aliter iudicamus ac Brandt, et plurimis exemplis ab eo adlatis non communis omnium codicum fons efficitur, sed demonstratur, quomodo classes ex binis fontibus deriuatae sint, e. g. ex erroribus in B(G)HM aut in B(D)V communibus (cf. Brandt l. c. LX) colligimus classem δ atque η utramque et ex β et ex alio hyparchetypo originem ducere (u. infra p. XXXVI et XXXVIII). Tamen adhuc operae pretium est Brandt l. c. recolere, quod neglexit Monat e. g. ad 1, 4, 4. 7, 11 (cf. Heck, 1992, 596).

[84] Huc fortasse pertinent etiam loci, ubi B deest, sed ceteri easdem falsas lectiones praebent: 1, 6, 13 *creduntur*; 11, 63 *stella* pro *sella*; 12, 7 *qui* ante *quidem* omissum. Sed ab his discerni non possunt ii, ubi B solus contra ceteros congruos rectum habet, e. g. 1, 11, 31 *agesilao*; 20, 23 *numinibus*; 2, 5, 5 *mare*.

sint, haud facile, sed quodammodo probabiliter explicari potest. Iam Brandt, quamquam ea, quibus forma longior aucta est, ab alio inserta putauit, formam archetypi inuenisse sibi uisus est, quae et aliis rem explicandi rationibus conueniret[85]. Existimauit enim eum continuisse opera Lactantii in corpus decem librorum (inst. I–VII, ira, opif., epit. mutilam) ut extat in BP redacta, praeterea cum alias interpolationes, tum additamenta dicta 'dualistica' et laudes Constantini, id est formam longam aliis interpolationibus auctam exhibuisse, unde originem ducerent uariae codicum classes[86]. Si res ita se haberet, ille archetypus fuisset uera editio critica, in qua omnia additamenta, quae non solum in longioris formae testibus (KS et R), sed et in aliis uelut B extant, diligentissime signata essent ita, ut quicumque postea ex eo codicem describeret, facile et certe eligere posset, quae Lactantii uerba arbitraretur.

Quod quia uerisimile non est, rem aliter explicare conamur[87]. Putandum est archetypum omnium codicum communem, ex quo et forma breuis et forma longa originem ducerent, exemplar Institutionum fuisse, quod primo formam breuem praeberet (Ω_1), deinde a Lactantio ipso in formam longam redigeretur (Ω_2). Quod uidetur ita factum esse, ut minora commutanda uel addenda inter lineas uel in margine notarentur, additamenta maiora, i. e. dicta dualistica et laudes Constantini, propriis foliis insererentur. Sed quomodo ab exemplari, quod Lactantio ipso uiuo et auctore scriptum et auctum est, in omnes codices inde

[85] Brandt, Ed. I, LXIII–LXIX; cf. Heck, 1972, 200 (ibid. 14–16 de diuersis rationibus duas formas explicandi).

[86] Monendum est nos quidem ut Brandt de codicum classibus loqui, sed non eadem significare quae ille; in adhibenda nostra editione eius hyparchetyporum sigla omnino seponenda sunt (cf. Heck, 1992, 596 contra Monat, Ed. inst. I 22 = II 17 siglis Brandt abutentem).

[87] Cf. Heck, 1972, 201 sq. Non ignoramus nostram opinionem haud facile probari (cf. Heck, 1993, 404 sq.), sed probabilior ratio rem explicandi adhuc inuenta non est.

deriuatos menda communia peruenerunt? Huiusmodi menda, ut uidimus[88], praesertim uerborum ordine perturbato orta sunt, et R cum parte testium formae breuis communes habet lacunas. Iam Brandt[89] uidit archetypum plenissimum fuisse correctionum. Quare putandum est eum non fuisse Lactantii autographum, sed exemplum ex priore, id est breui forma operis Lactantii, ab alio quodam non sine mendis descriptum. Quod exemplum cum siue a Lactantio ipso siue ab alio recoleretur et corrigeretur, uerba, quae librarius omiserat, inter lineas super antecedentia uel sequentia inserta sunt, quo factum est, ut in exemplis ab archetypo descriptis falso collocarentur[90], nonnumquam etiam omnino neglegerentur, ex quo orerentur lacunae communes e. g. in BR. Etiam alii errores, praesertim paucis litteris omissis uel falso scriptis orti, in omnes codices permanare potuerunt, quia rectae scripturae in archetypo super lineam uel in margine restitutae a posteris siue non cognitae siue neglectae sunt[91].

Quicumque hoc apographum Institutionum fecit et recoluit, Lactantius ipse ad eas retractandas eo usus est[92], siquidem ex eo

[88] Supra p. XXXI; cf. Heck, 1972, 199 et nn. 15–16.

[89] Brandt, Ed. I, LXIII–LXV.

[90] Eius generis errores fere in omnibus codicibus proprios deprehendimus; de R cf. Heck, 1972, 185.

[91] Fieri etiam potuit, praesertim in tanto opere, ut menda uel errores, qui Lactantio in scribendo accidissent, siue alium siue ipsum opus recolentem uel retractantem omnino fugerent. Quod quamquam nonnumquam conici potest (cf. Heck, 1993, 409–415 et supra n. 82), tamen ea explicandi ratione cautissime utendum est, quia plerumque uerisimilius est errorem ab auctore correctum, sed correctionem ab iis, qui opus describerent, non cognitam uel neglectam esse.

[92] Id exemplum ('Handexemplar des Lactanz') describere conatus est Heck, 1972, 199; cf. Id., 1993, 404 cum n. 22. Huic etiam librum *De opificio dei* ante Institutiones compositum adiunctum esse uerisimile est, quia opif. 19, 8 add. 1–5 ad eandem retractationem pertinet. Minus certum est, num in eo iam Epitome et liber *De ira dei* fuerint; sed fieri potuit, ut Lactantius illud decem librorum corpus ipse con-

archetypo et testes breuis formae et testes longae formae originem ducunt; quod sic factum putamus: Primo exemplaris adhuc breuis (Ω_1) apographa[93] facta sunt, ex quibus testes formae breuis orerentur. Deinde Lactantius opus breue in formam longam redegit; quae forma aucta, sed ab eo non absoluta in eodem exemplari remansit (Ω_2), unde ad nos peruenit[94].

Videamus, quae rationes intercedant inter sex testium classes β (et β^3) δ π η σ ρ, cum iam in describendis codicibus ostenderimus[95], quae cuiusque classis testibus communia sint.

Ordo classium efficitur, quod ut ρ purissime praebet formam longam Ω_2, ita β[96] exhibet formam breuem Ω_1 quamquam noniam integram, sed nonnumquam interpolatam, tamen nulla longius formae admixtione adfectam, cum ceterae classes δ π η σ uaria prae se ferant contaminationum uestigia. Sed harum quattuor classium testes uel omnes uel ex parte etiam lectiones seruant, quae nec in β (BG) nec in ρ (R) extant[97]; ergo plus minusue ex alio apographo formae breuis Ω_1 pendent, quem hyparchetypum ψ signamus, qui tamen non purus extat, sed uariis contaminationibus siue ex β siue ex ρ ortis adfectus est.

stitueret, antequam duo opera retractaret. Vix huc referendum est, quod 1, 1, 20 in R deest numerus septem librorum, quod potius posterius mendum uidetur (aliter Heck, 1972, 186).

93 Saltem duo, potius tria apographa archetypi breuis formae fuisse necesse est, quia, ut infra uidebimus, classis β a ceteris formae breuis classibus δ et π separanda est; praeterea β^3 collocanda uidetur extra ceteros testes.

94 Forma longa quamquam mutila tamen purior in R, i. e. ρ extat, cum classis σ plura exhibeat, sed per contaminationem a breui in longam formam redacta sit. Quae Heck, 1972, 199 sq. summatim descripsit, adhuc retinemus, scilicet testium D et K postea cognitorum ratione habita et rationibus inter codices intercedentibus melius recognitis.

95 Supra pp. XIV–XXIV; u. quae antea monuimus p. XIV.

96 De β^3 u. infra p. XXXV.

97 V. supra p. XXXI errores uel lacunas codd. BR communes.

Singulas classes recensendi initium sumimus quaerendo, unde ea, quae B^3 suppleuit aut mutauit, originem ducant, i. e. utrum eius fons β^3 ex β, antequam ea classis interpolationibus obsereretur, an ex ψ an omnino ex tertio breuis formae apographo prouenerit. Nam cum B praesertim in libro IV, cum de deo diuinisque personis ageretur, textum tamquam haereticum corrigere nisus esset eaque de causa et quaedam consulto omisisset[98] et nonnulla addidisset, quae quoad extat et G exhibet[99], B^3 omissa quidem suppleuit, sed addita non deleuit. Cum in fonte, quo in corrigendo B uteretur, et ea, quae B^1 omiserat, et ea, quae addiderat, inueniri potuisse nemo sit qui putet, uerisimilius est B^3 a B^1 omissa quidem ex suo fonte supplesse, sed a delendis additamentis, quae in B^1, sed non in suo fonte inuenisset, abstinuisse. Ergo, si B^3 siue β^3 cum β coniungere uelis, opineris necesse est β, cum β^3 ex eo deduceretur, nondum interpolatum fuisse; sed cum B^3 praeter locos libri IV etiam, quoad uidimus in libris I et II, 38ies uerba singula uel plura, quae in B^1 (quater etiam in G) deerant, suppleuerit[100], praeterea nonnulla a B^1 (et quoad extat G) falsa praebita correxerit, fontem quo uteretur a β alienum fuisse uerisimile est.

Restare uidetur, ut β^3 ex ψ originem duxerit. Sed ubi B^3 a B^1 (et G) alienus est, quoad uidemus, cum quodam teste classium δ π η σ certe coniungi non potest, sed cum singulis testibus hic consentit, illic dissentit. Praeterea cum plurimis locis ea, quae B a ceteris aliena praebet, e. g. 2, 8, 8 *digestis* pro *discriptis*, non attigit, fieri potuit, ut B^3 ea etiam in suo fonte, etiamsi ille a β alienus esset, inueniret. Accedit, ut semel saltem[101], quamquam, quia nulla longioris formae uestigia praebet, ex ρ pendere non

[98] 4, 8, 6–11 passim; 29, 4–6; u. supra p. XV.

[99] E. g. 4, 3, 18; alia u. supra p. XVI n. 46.

[100] V. imprimis plura uerba suppleta 1, 8, 5. 20, 18; 2, 5, 18. 6, 1. 7, 2. 16, 14; cf. 2, 15, 6 ad Graeca.

[101] 6, 21, 4 *si non fuerint* a ceteris omissa habent B^3 et R (et *perito* recte BDV^1PR, *imp-* GV^2HM); cf. Heck, 1972, 185 n. 90.

potest, cum uno R recte consentit. Postremo B^3 nonnuliis locis ea, quae B^1 praebuit, in deterius mutauit, uelut 2, 5, 10 *inpios* in *inperitos*. 18 *uagarum* in *uagantium*; 7, 11 *ueiis* in *thebis* (cf. quae B^3 addidit e. g. 2, 7, 22 post *morbo*), quae falsa ex suo fonte uidetur hausisse. Ex his colligi potest B^3 ex tertio breuis formae apographo pendere, qui fuerit a β et ψ alienus. Ergo putamus testes breuis formae siue puros siue contaminatos potius per tria quam per duo apographa ex Ω_1 ad nos peruenisse; quare tres breuis formae hyparchetypos β^3, β, ψ supponimus, ad quos accedit quartus ρ ex Ω_2 ortus.

Classis β, i. e. B uel B^1 et, quoad extat, G, a ceteris secernitur mendis communibus, etiam uerbis consulto mutatis, praesertim additis[102]. B solus G non extante rectam lectionem seruauit in libris I et II 1, 11, 31 *agesilao*; 20, 23 *numinibus*; 2, 4, 25 *cur illi*; 5, 5 *mare*; 9, 26 *immobilis*, alias B uel BG recta praebent cum uno alio teste uel pluribus. Per contaminationem cum β coniunguntur δ et η.

Classis δ, i. e. D et V, maxime ex ψ pendet, sed cum β lacunis libri IV et cum ρ uno paruo additamento conectitur. Certe ex ψ habet ea, quae contra B et R aliosque una cum P recta seruauit, praesertim quae ceteris desunt 1, 4, 4 et 1, 7, 11[103]. Inde etiam orti sunt in DVP (uel DVP^1) plurimi errores communes (1, 1, 12. 18. 19 et saepe), etiam consulto mutata uelut 1, 10, 3 *neptunus* omissum et 4, 1, 1 *cogitanti* pro *consideranti*[104]. Sed ne DVP uni eidemque classi adscribas, obstat quod P aliter ac DV per contaminationem etiam ex σ pendet, ergo propriae classis π testis habendus est[105]. Ex β factum est, ut in libro IV eadem, quae B (G non extante) consulto omisit, etiam in DV desint[106]. Unde colligi potest scriptorem hyparchetypi δ dubita-

[102] V. supra p. XVI n. 46.
[103] V. quae attulimus p. XXXI.
[104] Cf. Heck, 1993, 405–407.
[105] V. infra p. XL.
[106] 4, 8, 6–11 passim. 29, 4–6; u. supra p. XV (B) et XVII (DV).

tionibus q. d. dogmaticis sollicitatum ea, quae sibi maxime suspecta essent, ex libro IV auctore classis β teste eiecisse; similibus scrupulis adductus esse uidetur V, ut librum VII omitteret[107], quem D retinet[108]. Ex formae longae teste, siue ρ siue σ, ortum est, quod 5, 1, 1 DV praebent appellationem *Constantine imperator maxime* aliter ac KSR, qui *maxime* omittunt. Vix casu talis appellatio nonnisi in eodem libro quinto inuenitur, quem, ut ex subscriptione apparet, 'secundus' uel 'Secundus' quidam cum exemplo alio fonte ac δ orto contulit[109].

Antequam de classe π agamus, transsiliamus ad σ et η, quia σ ut fuit classi ρ proxima, ita etiam alter fons hyparchetyporum π et η fuit, et quidem classi η propior quam classi π.

Classis σ longae formae testis plenissimus est, sed additamenta editionis secundae in hyparchetypum prius breui forma praeditum ex ρ inserta sunt[110]: Primum 2, 8, 4 add. KS et 2, 8, 6 add. 9 / 7 S, cum K desit, solus aliter ac R pluribus uerbis repetitis quasi suturas minus diligentes ostendunt[111]. Deinde altera

[107] Cf. subscriptionem libri VI supra p. XXVII, unde Brandt, Ed. I, XLVI recte collegit librum VII propter finem mundi ibi haeretice narratum timide omissum esse. Quomodo hic V cum P cohaereat, nobis nondum satis constat; de ea re etiam D respecto agemus, cum libros VI et VII ediderimus, i. e. in supplementis praefationis fasc. tertio et quarto praemittendis.

[108] Cum Brandt D nondum cognouisset, id respicere non potuit; quaerendum erit, quibusnam testibus libri VII D tum unus classis δ testis adiungi possit.

[109] V. supra p. XXVII; cf. Heck, 1972, 128 n. 5. Utrum *maxime* in DV falso ex 1, 1, 13 inrepserit an genuina lectio in KS et R neglecta sit, non satis certum est; illud probabilius uidetur. Quod Gothanus g idem *maxime* exhibet, nihil refert (u. supra n. 67).

[110] Id iam uidit Brandt, Ed. I, L, confirmauit Heck, 1972, 37 sq.; cf. 173 cum n. 14.

[111] Cf. Heck l. c. 37–39, cui sutura 2, 8, 4 add. 1972 nondum nota (quia a Brandt in S neglecta, in K ei nondum cognita erat) 1981 K et S collatis innotuit; cf. Heck, 1992, 596.

laus Constantini (7, 26, 11–17) in KS (R deest) falso non post 7, 26, 10, sed post 7, 27, 2 extat, quam subsequuntur opif. 19, 1–8 et 20, 1 . . . 2 *expectant*[112]. Praeterea hac contaminatione quaedam additamenta, quae R solus exhibet 2, 8, 4–6, non ex ρ translata sunt. Ex ρ etiam ea prouenerunt, quae KSR communia contra ceteros habent siue omnino recta siue menda siue ex retractatione orta[113]. Notandum est huius recensionis, i. e. secundae Institutionum editionis solum testem a 2, 9, 8 ad 3, 4, 4 esse supplementum Planipedense R^p, quia K et S iam antea deficiunt et postea redeunt, et a 6, 25, 4, ubi post K et S etiam R deficit, ad 7, 3, 19, ubi K primus redit, omnino nullum extare testem, deinde per librum VII praeter 7, 7, 3 – 9, 12 eam recensionem, praesertim alterum q. d. additamentum dualisticum alteramque laudem Constantini, nonnisi per K (quoad extat) et S traditam esse[114]; $R^p = R^2$ ex σ pendere infra uidebimus[115]. Quae σ contra β (BG) et ρ (R) exhibent, originem ducunt ex ψ, e quo pependit exemplum breue, cui ex ρ additamenta et commutationes alterius editionis inserta esse diximus[116]. Hyparchetypum η ex σ, non hunc ex η pependisse nunc uideamus.

Classis η, i. e. HM (et W) breuem formam exhibet fere ex β pendentem, quod ex plurimis erroribus communibus in BHM uel B^1HM uel etiam BGHM apparet[117], sed contaminatione lec-

[112] Cf. Heck, 1972, 119 sq.; 137; 172 sq.; u. et supra p. XXVIII.

[113] De his locis cf. interim Heck l. c. 171–195 passim, de lectionibus RS communibus 174–181 nondum cognito K nec RS denuo collatis, unde nonnulla corrigenda sunt (e. g. 187 ad 2, 2, 10).

[114] Cf. lacunarum codd. KSR conspectus supra pp. XXI–XXIII.

[115] V. infra p. XLI; de Iuliano cf. supra p. XXIII sq. cum n. 69.

[116] Locos mendosos B et R communes, ergo per ψ recte traditos u. supra p. XXXI; lectiones ab HMKS uel HM solis recte ex ψ seruatas infra n. 134. De ratione quae est inter σ et π u. infra p. XL sq.

[117] BGHM contra ceteros 1, 18, 2 *erudienda*; 2, 17, 1 *dicit* (cf. 2 *priorum*); 19, 3 *p(a)ene*; ubi G deest, saepissime BHM soli falsi, e. g. 2, 13, 7 *progenies* pro *gens*; nota: GHM contra B et alios falsi 6, 21, 4 (supra n. 101). – Variare uidetur ratio inter HM et B^3; ple-

tiones ex σ recepit, unde orta est turba errorum communium in HM(W)KS[118]. Inde exhibent HMW unum uestigium formae longae 2, 8, 3 *fecerit cum solus esset* pro *uoluerit* cum KSR[119], et huc pertinet etiam libro VII adnexum opif. 19, 1–8. 20, 1 . . . 2 *expectant*, quod in KS alteram Constantini laudem sequitur. Ea re monstrari potest hyparchetypum σ, quamquam eius testes KS posteriores sunt quam HM, priorem fuisse quam η, quia illa fragmenta, quae proxima sunt opif. 19, 8 add. 1–5, eodem modo in σ peruenisse uerisimile est quo cetera longae formae additamenta; haec primum quadam foliorum confusione cum altera Constantini laude coniuncta in σ (KS) inter inst. 7, 27, 2 et 3 collocata, deinde in η (HMW) post finem totius operis transposita sunt[120]; accedunt loci, ubi KS lectionem priorem exhibent quam HM[121].

rumque HM contra B^3 cum B^1 (uel B^1G), e. g. 2, 1, 12 om. *ut*, sed cum B^3 contra B^1G 2, 7, 11 *formae* pro *fortunae*; cf. 2, 8, 8 *materies* B^3 ex *materiis*, unde HMS (K deest) *sit ista materies*; quomodo η et σ cum β^3 uel cum B iam a B^3 tractato coniunctae sint, non liquet, quod exemplum est adfinitatum uel contaminationum inter testes textus Lactantii in obscuro latentium; cf. etiam 2, 8, 1 infra n. 128.

[118] In libris I et II quoad K extat fere 140ies HM(W)KS falsa praebent (in adnotatione nostra quaque fere pagina), bis soli recta 2, 5, 39 *sola dei*; 7, 11 *interrogaret* (u. supra p. XXXI et infra n. 134).

[119] W eadem uestigia longae formae praebere quae HM his locis collatis (u. supra n. 61) apparet; praeterea W contra HM^p cum KSR 1, 6, 12 habet *cuius . . . abstulerit*. Hoc non ex η, sed quolibet modo ex σ, etiam ex K aut S in codicem saec. XIII peruenire potuit; inde non habemus quod W sui iuris teste utamur, sed eum solum quoad HM desunt hyparchetypi η uicem gerentem adferimus.

[120] Cf. Heck, 1972, 119 sq. et praesertim 172 sq.

[121] 1, 15, 13 KS om. *et* post *Pan*, ex quo leuigando HM *libero et pane* faciunt; cf. 5, 5, 9 pro *propere terram* KR *proprie t.* et S *propriae t.*, unde HM *propriae terrae*. Non obstat 1, 13, 12, ubi pro *aurea quae* HM habent *aur(e)aque*, KS *aureaque ut*, quod in σ non errore η metri causa leuigato, sed ex codice quodam Vergilii peruenit.

Unde P prouenerit, non satis certum est; nam et cum classibus δ ac σ coniungitur et aliunde praebet falsam lectionem 2, 16, 12 *atuexerunt* pro *attulerunt* et interpolationes ad 2, 16, 6–9 notatas; inde etiam recte recepisse uidetur 2, 1, 2 *nihili* et 3, 9, 13 *id est mente* (sicut V^2 et M^2; G inc., K et S desunt). Ergo P proprio classi adscribendus est, quam π signamus, cui et fragmentum A adiunximus[122]. Haec classis adfinis est classibus δ et σ. Nam P cum DV quidem per totum primum librum necnon postea, e. g. 4, 1, 1, easdem lectiones quas DV exhibet[123], sed eum etiam cum σ coniungi apparet ex lectionibus PKS communibus, etiam in Graecis et Graecorum interpretamentis[124]. Exhibet P etiam formae longae indicia, primum in libri II inscriptione idem *ad constantinum imperatorem* quod R in totius operis inscriptione[125], quod π uel ex ρ uel ex σ potuit recipere, quamquam in KS liber II aliter inscribitur; alterum non in Institutionibus, sed alibi in corpore X librorum, scilicet opif. 19, 8, add. 1–5 in P solo uetustiore[126] tradito extat, quod coniungi potest cum fragmentis eius operis in σ et η traditis[127]. Colligi potest π ex Ω_1 propria uia deductum originem fuisse lectionum ab eo in δ et σ deriuatarum, i. e. illud breuis formae apographum, quod praeter β et β^3 statuimus, nihil aliud fuisse nisi π eaque de causa δ inter β et π,

[122] De fragmento Auerbodensi u. supra p. XIX et n. 56.

[123] De lectionibus communibus in DVP u. supra p. XXXVI. Quae BDV in libro IV omiserunt (u. supra p. XXXVI sq.), π non ex δ, sed aliunde, sc. σ uel ψ, recepit.

[124] V. praesertim locum ex Persio laudatum 2, 2, 18; cf. 2, 4, 9 ad *qui usus*; Graeca: 1, 7, 13; interpretamenta: 1, 13, 11. 15, 15.

[125] V. supra p. XXIV sq. (1 a. et 2.).

[126] Gothanus (cf. supra n. 67) idem additamentum exhibet, quia in opif. ex P et V(alentianensi 148) pendet (alia de opif. et ira in g traditis coniecit Heck, 1972, 118 sq., sed correxit Gnomon 57, 1985, 146), cum in inst. praesertim ex S et V contaminatus sit.

[127] Cf. Heck, 1972, 199 sq. Putamus libros X totius corporis in P uel in π ex diuersis fontibus sumptos esse, scilicet inscriptionem inst. II et additamentum post opif. 19, 8 ex σ.

σ inter π et ρ ut classes contaminatas collocandas esse. Sed cum formae longae uestigia in P multo minora sint quam in σ uel etiam in η, potius π ex σ pendere uidetur quam σ ex π; fieri ergo potuit, ut, cum π ex δ et σ mixtus esset, ea quae ab iis aliena habet, i. e. interpolationes et lectiones falsas supra dictas, postea in classe π orerentur. Sed obstant solae lectiones contra ceteros rectae, quae non per δ aut σ, sed ex harum classium fonte, qui alienus a β et ρ fuit, quasi recta uia in π peruenire potuerunt[128]. Inde statuimus tertium breuis formae Ω_1 praeter β et β^3 apographum aliud fuisse ac π idque siglo ψ signauimus. Sed num haec classium δ π σ adfinitas recte constituta sit, nondum satis certe exploratum habemus et fortasse numquam certe explorari poterit[129].

Classis ρ, i. e. R uel R^1, archetypum in formam longam conuersum Ω_2 purius quam classis σ ex ρ et ψ contaminata, sed magis mutilate reddit[130]. Saepe etiam R solus testis est recti textus non a Lactantio mutati, sed in classibus formae breuis perperam seruati[131]. R^2 manum eiusdem Iuliani, qui scripsit supplementum Planipedense R^p, ex σ pendere iam diximus[132].

Ut rem summatim tamquam a sinistra ad dextram partem circumscribamus, formae breuis Ω_1 tria apographa β^3, β et ψ

[128] Lectiones P uel π rectas et falsas u. supra p. XL. Adde 2, 8, 1 *simulationum in his* P pro *simulati numinis*, cum B habeat *simulationum causas in his*; fortasse hoc ortum in Ω, cum *numinis* falso in *nominis* mutaretur (quod habent KS, i. e. σ) et *o* suprascripta falso insereretur, ut fieret *simulationuminis*, quod cum in β et ψ peruenisset, in utroque inserta *h* inter *numin* et *is* ex parte, solum in β addito *causas* omnino leuigaretur. Sed mirum restat; cf. n. 117.

[129] Hac et aliis de causis abstinemus a stemmate codicum designando; monemus id, quod praebet Heck, 1972, 202, non pro stemmate habendum esse, sed pro rudi rei antea narratae imagine.

[130] Cf. supra p. XXIII.

[131] Cf. Heck, 1972, 185 n. 90, sc. nonnullis ex nostra editione corrigendis, e. g. 1, 13, 2 *referunt* falsum; adde e. g. 1, 1, 23 *praecipitia*.

[132] Cf. supra p. XXIV cum n. 71.

fuisse putamus, longae Ω_2 unum ρ. Ex β^3 pendet B^3, ex β B (uel B^1) et G; inter β et ψ collocamus hyparchetypum δ utrique iunctum, ex quo pendent DV, iuxta δ inserimus π, unde pendent P et A, sed coniungimus cum δ et σ et ψ ipso. Inter π et σ collocamus η cum β et σ coniunctum, ex quo pendent HMW; sequitur hyparchetypus σ inter η et ρ positus cum ψ et ρ coniunctus, unde pendent KS et R^p; ultimus ρ, ex quo pendet R[133].

Ex hac recensione apparet et nostra adnotatione confirmabitur unamquamque classem et mendis non carere et hic illic rectam lectionem solam praebere[134], ergo nullam classem omnino superiorem esse. Itaque in textu constituendo unoquoque loco uariis lectionibus tradito diligentissime quaerendum est, quae lectio ueri similior uel simillima sit (ne dicamus 'melior uel optima', quia textui quem Lactantium reliquisse uerisimile est studemus, non textui qualibet regula optimo uel pulcherrimo). In locis consensu codicum traditis coniecturis abstinendum est, nisi tradita uox nihili est aut alia de causa Lactantio nullo pacto uindicari potest, quod perraro inuenimus[135]. Hic illic non certis uiris doc-

[133] Sufficiant haec; stemma designare noluimus; u. supra n. 129.

[134] Etiam HMKS, i. e. classes η et σ alias non optimae notae (u. supra n. 118), soli recta praebent 2, 5, 39 *sola dĩ* i. e. *dei*, DV *solidii*, BPR *solidi*. In Ω fuisse uidetur *solidii*, sed litt. *a* supra pr. *i* scripta correctum. Mendum non correctum peruenit in β et ρ, ubi *solidi* factum est; in ψ peruenit correctio ut duplex lectio, unde in σ et η seruata est, cum in δ mendum primum transiret et in DV maneret, in π uel in P ipso ex *solidii* fieret *solidi* ut iam in β et ρ. Ubi longae formae testes KSR omnino desunt, etiam HM, i. e. η, soli recta habere possunt ut 2, 9, 11 *quae*; R^p per contaminationem ex ψ pendet, manus saec. XIV quae suppleuit S hic et saepius cum HM congruens ex iis pendet. – In DV, i. e. δ, solis recta 2, 11, 1 *terram*; 15, 3 *sed*.

[135] 1, 6, 5 ⟨*non*⟩ (dubium); 13 *credunt[ur]*; 11, 63 *sella*; 12, 7 ⟨*qui*⟩; 2, 8, 62 *torporata*; 9, 9 *hibernum*; 17, 5 ⟨*dei*⟩; cf. 17, 9 *accepimus* ft. rectum. Alias coniecturas nisi a Brandt receptas uix notamus; quae proposuit Shackleton Bailey, 1960, 165 sq. ad 1, 18, 17. 20, 40. 2, 8, 39. 9, 3. 14, 13. 15, 3. 16, 20, tractat Monat suo quoque loco.

tis, sed ignotis recentiorum codicum scriptoribus correctiones textus falso traditi debemus[136]. Ceterum inter Institutionum codices recentiores, qui sunt plures quam ducenti, nullus adhuc inuentus est, qui non a teste uetustiore extante descriptus (uel ex pluribus mixtus), ergo eliminandus sit[137], neque ullus recentior integer ita ex uetustiore mutilato pendet, ut ubi ille deest eius uicem gerere possit[138]. Ergo recentiores praeter dictas coniecturas nihil ad textum constituendum conferunt; itaque de his amplius non agimus. Non negamus recentiorum origines fortunas adfinitates testimonio esse, quantopere Lactantius per renascentium litterarum aetatem uiguerit; hoc autem inuestigare et enarrare non est huius editionis, sed commentationis propriae[139].

Ad Institutiones emendandas hic illic subsidia praesto uidentur esse in Epitome, in locis auctorum posteriorum e Lactantio pendentibus et in locis priorum a Lactantio laudatis. Quibus subsidiis cautissime utendum est. Epitome ad constituendum Institutionum textum minus ualet quam inuicem[140], quia operis magni sex fere partes in breuiatum recepti non sunt, et semper quaerendum est, utrum quae Epitome aliter exhibet ac Institu-

[136] 1, 6, 5. 12, 7; 2, 17, 5; saepius recc. haud recte, e. g. 1, 3, 7. 21; 2, 2, 16. 3, 8.

[137] De Gothano eiusque adfinibus u. supra n. 67. Recentiores, quos inspexit W. Schaub locis insignibus, nihil praebuerunt non ex prioribus extantibus deriuandum; cf. n. 138.

[138] Cum cod. Basiliensis (*Basel, Universitätsbibliothek*) A IV 21 fortasse ex D usque ad a. 1409 integro descriptus esse, ergo ubi ille detrimenta cepisset eius uicem gerere posse uideretur, totum contulit W. Schaub, ex quo apparuit eum D instar non esse. – De W inst. 1, 1–9 HM uicem gerente u. supra p. XXI.

[139] Commentatio eius generis est P. L. Schmidt, Die Überlieferung von Ciceros Schrift 'De legibus' in Mittelalter und Renaissance, Monaci 1974 (cf. Heck, Gnomon 52, 1980, 130–137); agitur de 96 codd. textus 90 paginarum, unde aestimari potest, quantae operae sit idem de Lactanti Institutionibus efficere.

[140] Cf. Lact. epit. edd. Heck – Wlosok, XXXVIII.

tionum locus respondens in ea falsa, ergo non respicienda, an recta, ergo ad corrigendas Institutiones adhibenda, an pro consulto mutatis habenda sint[141].

Loci Lactantii a posterioribus adhibiti ad libros I et II emendandos nihil conferunt, maxime quia plerumque non uerbo tenus, sed libere Lactantium laudant[142]. Etiam Lactantius ipse fontes, quos uerbo tenus laudare uidetur (scilicet auctore nominato uerbisque *ait* uel *inquit* positis), nonnumquam breuiata uel aliter mutata praebet, siue eos memoriter repetiuit siue eos in suis exemplaribus ita legit[143]. Cauendum ergo est ne textus Lactantii temere ad textum auctoris laudati accomodetur; etiam ubi Lactantius uarias habet lectiones, quaerendum est, utrum fontem sequaris an lectionem ab eo alienam recipias[144].

[141] Epit. falsa ex inst. corrigenda e.g. epit. 4, 1. 10, 1. 36, 3, recta lectionem in inst. adfirmat inst. 1, 9, 1 *Alcimenae*; 11, 46 *gnosso* 2, 12, 16 *ac* (cf. ad 1, 3, 7 *potest esse*; 11, 46 ft. recte adhibetur epit.); consulto mutata exhibet pro inst. 1, 17, 13 *profudisse* epit. *effudisse*, inst. 1, 21, 6 *muluio* omittit epit. Dubia restant 1, 6, 9 *Delphida*; 20, 36 *Stercutus*, quia error formae breuis iam in epit. correctus esse potest; ambiguum et 2, 16, 2 *diuinitate*.

[142] Cf. locos ab Isidoro Hispalensi laudatos, e. g. 1, 11, 24. 12, 5; 2, 1, 15. 9, 3. De Lucifero Calaritano teste in libro V respiciendo u. supplementum praefationis fasc. tertii; de Sedulio Scotto Graeca Lactantii laudante in appendicem relegato cf. supra nn. 50–51.

[143] E. g. in Tullianis 1, 15, 5–6. 23–25 (sed u. etiam n. 144). 2, 6, 8, Lucretianis 1, 16, 3. 2, 3, 11; Vergilianum 2, 16, 18 breuiauit consulto. Versuum Propertii ordo mutatus 2, 6, 14; cf. Enniana 1, 15, 31. Sibyllina ap. Lact. a codd. Sib. discrepant, e. g. 1, 11, 47. 15, 15.

[144] Contra fontem seruamus 2, 2, 18 *terras*. Secundum fontem Lucr. constituimus Lact. 2, 3, 11 *uelatum*; 11, 1 *terram*. Ex Lact. corrigitur Cicero inst. 1, 6, 3 *Thoyth*; 15, 23 *sunt* (cf. ibid. *locauerunt*). Interdum Lactantius unam ex duabus iam antiquis uariis lectionibus legisse uel etiam elegisse uidetur, e. g. in Vergilianis 2, 10, 16 *terrea* / *ferrea*: 17, 2 *priorum* / *piorum*; aliter 1, 8, 8 (Lact. quoque bis *e* Vergilio uindicat).

De locis Sacrae scripturae, quos Lactantius inde a libro IV uerbo tenus laudat, agemus in supplemento praefationis fasciculo alteri praemittendo[145]. Ceterum quidam loci libri I recens tractati sunt[146].

5. De huius editionis instructione

a. De textus discriptione haec monemus: Institutiones in libros capita paragraphos discribimus sicut iam Cellarius, Heumann, Bünemann, Brandt, sed aliter ac ii omnia, quae ad Institutionum formam longam, i. e. alteram editionem pertinent, textui inserimus litteris inclinatis impressa[147]. Illi cum laudes Constantini 1, 1, 13–16 et 7, 26, 11–17 ut Lactantii uerba in textu praeberent, additamenta q. d. dualistica ut ab eo aliena in apparatum post 2, 8, 6 et 7, 5, 27 relegauerunt propriis paragraphorum numeris discripta[148]. Nos ea Lactantio uindicata et in textum recepta numeramus 2, 8, 6 add. 1–9 et 7, 5, 27 add. 1–17[149], et ea, quae 2, 8, 3–6 pluribus lineis textui inserta sunt, in margine signamus 2, 8, 3 add. et 2, 8, 5 add.; ceterum si pauca uerba a testibus breuis formae et longae diuersa traduntur, in duas columnas diuisa exhibemus, in sinistra formam breuem, in dextra formam longam inclinatis litteris. Speramus ita rationem nos inuenisse formae longae additamenta apte laudandi.
b. Quod ad scribendi rationem pertinet, potius sequimur Monat quam Brandt. Qui B Lactantii scribendi rationem reddere

[145] Interim cf. Lact. epit. edd. Heck – Wlosok, XXXVIII et n. 99.
[146] Heck, 2005, egit de priorum erroribus 1, 8, 8. 11, 34. 11, 63. 15, 15. 19, 3, de dubiis Graecis 1, 6, 3. 21, 31. 39, de aliis locis dubiis 1, 16, 14. 20, 26. 30–31. 23, 3.
[147] Monat haec additamenta crassioribus litteris impressa habet.
[148] Inde orta est consuetudo hos locos in Thesauro linguae Latinae laudandi ‘Lact. inst. interpol. 2, 8, 6, 1–9’ sim.
[149] Heck, 1972, 24 n. *; cf. 17 n. 1 et 127 n. *.

ratus eum quoad extat secutus est ita, ut inter *aput* et *apud*, *illut* et *illud* uacillaret praefixaque q. d. praepositionalia modo consonantibus sequentibus assimilaret, modo non[150]. Sed 'Lactantii orthographiam' e codicibus restitui posse minime persuasum habemus, potius cauendum putamus, ne scripturas unius testis tardae antiquitatis proprias uelut *prodeesse* pro *prodesse*[151] Lactantio uindicemus. Tamen quantum sine nimia uarietate fieri potuit, codicum rationem habuimus et e. g. *ads-* pro *ass-*, sed non *inm-* pro *imm-* scripsimus, itaque non omnino lexicorum lemmata scribendi modos recepimus; solum id egimus, ut uerba composita eiusdem generis eadem scriptura exhiberemus. Scripturas codicum uarias in indice scripturarum et formarum quarto fasciculo adiungendo proferemus, ne adnotatio critica his minutiis oneretur, tamen lectori codicum scripturae alicuius momenti notescant. Quacumque scribendi ratione editores non omnibus lectoribus satisfacere posse non ignoramus.

c. Cum Brandt in indicibus non libros capita paragraphos, sed paginas et lineas suae editionis indicet, ubicumque editionis Vindobonensis noua pagina incipit, eius paginae numerum in margine inclinatis litteris ponimus, e. g. 2, 1, 18 '*99*'.

d. A p p a r a t u s sex sectiones singulis paginis (sc. sectiones 1–5 non in unaquaque) subneximus hoc ordine:

1. (antecedit nota **Epit**.:) Indicatur, qui locus (uel loci) Epitomes unicuique Institutionum loco in eam recepto (qui ante uncum datur per librum caput paragraphos) respondeat; locos similes adferimus cum nota *cf.* Hic apparatus tamquam speculum est apparatus nostrae Epitomes editionis primi.

[150] V. supra n. 21. E. g. scribit 1, 1, 20. 2, 6 *exsequi*. 6, 17 *exequ-* (ut 23, 7. 2, 17, 5); 1, 21, 17 *exerentes*. 2, 3, 4 *exseras*. 20 *exereret*. Cf. quae diximus Lact. epit. edd. Heck – Wlosok, XXXIX.

[151] Cf. ad 2, 3, 1; Stangl, 1915, 230 has formas Lactantio uindicauit, sed scripturae uel formae B propriae sunt ut e. g. 2, 5, 1 *clarimum*, ergo non in textum Lactantii recipiendae, sed tamen, quia antiquitatis sunt, notandae et e. g. in Thesauro linguae Latinae respiciendae.

2. (nulla nota) 1, 3, 10. 24. 2, 4, 24. al. indicatur, ad quos locos Institutionum Lactantius lectorem releget.

3. (antecedit nota **Auct**.:[152]) notantur loci auctorum, quos Lactantius siue uerbo tenus siue liberius laudauit siue aliter adhibuit[153]. Locos similes ultra eos quibus manifesto usus est non adferimus, quia hoc fines editioni necessarios superaret.

4. (antecedit nota **Test**.:) notantur testes uel expilatores, qui Lactantio se usos esse aperte significant. Ultra Isidorum Hispalensem testes non adferimus, quia nondum satis explorati sunt[154].

5. (antecedit nota **Codd**.:) codices non unaquaque pagina in initio adnotationis criticae indicamus sicut Brandt (quod rationi editionis arte computatoria componendae repugnat), sed satis esse putamus in initio cuiusque libri et, ubicumque codices aut extare incipiunt aut desinunt, notare, quae extent testes[155].

6. (nulla nota) adnotatio critica, de qua nunc proprie agimus.

[152] In auctoribus et testibus quaerendis uel recolendis nos adiuuerunt Katrin Fürst, Horst Grohmann, Stefanie Maninger, Michael Meyer.

[153] Adhibemus editiones plurimi aestimandas: nisi recentiores (ut Theophil. Autol. ed. M. Marcovich, PTS 44, 1995), Latinorum sec. Thesaurus linguae Latinae – Index, Lipsiae 1990[2] (unde auctorum et operum compendia), Graecorum sec. L. Berkowitz – K. A. Squittier, Thesaurus linguae Graecae – Canon of Greek authors, Oxonii / Noui Eboraci 1990[3]. 1993[4] (sine compendiis; quae cum ap. Liddell – Scott – Jones, Greek – English Lexicon, nimis parca sint, pleniora lexicis uelut 'Der Neue Pauly' usitata recepimus). Fragmentorum collectiones laudamus editore post numerum posito praeter CH = A. D. Nock – A. J. Festugière, Corpus Hermeticum; FGrHist = F. Jacoby, Die Fragmente der griechischen Historiker; SVF = I. ab Arnim, Stoicorum ueterum fragmenta; TrGF = B. Snell – S. Radt – R. Kannicht, Tragicorum Graecorum fragmenta; VS = H. Diels – W. Kranz, Fragmente der Vorsokratiker.

[154] Cf. supra p. IX. De editionibus adhibitis u. n. 153; nota: Theosophorum fragmenta laudamus sec. ed. H. Erbse, 1995.

[155] Lacunae singulorum codicum indicantur etiam in descriptionibus pp. XIV–XXIV; locos librorum I et II ubi G extat u. p. XVI.

e. De adnotatione critica praemonemus:

Plerumque apparatu q. d. negatiuo utimur, i. e. codices, qui textui recepto congruunt, non adferimus; nonnumquam testes receptae lectionis citamus, praesertim si uni codici debetur. Codicum sigla ponimus fere eo ordine, qui recensione effectus est, i. e. BG DV P(A) HM(W) KS R[156]; nonnumquam, si lectiones ualde discrepant, adnotatio a lectione receptae proxima ad maxime alienam procedit; lectiones similes uirgula, discrepantes semicolo separantur. Si quid explicamus ad correctiones sim. pertinens, cum lectio ad plures codices pertinet, ea quae inter lectionem et sigla codicum, uirgulis disiuncta (uel uncis inclusa), adnotantur, ad omnes eos codices pertinent (e. g. 1, 11, 26 p. 46, 8 KS; 20, 4 p. 83, 7 DR; 20, 19 p. 86, 8 BP; 2, 16, 10 p. 192, 11 DV), ea quae (uncis inclusa) post unum ex codicum siglis notantur, nonnisi ad hunc unum codicem pertinent (e. g. ad 1, 4, 3 *atquin*; 5, 18 *ipsa*; 2, 7, 11 *Fortunae*).

Codicum manus praesertim in correctionibus quoad possumus distinguimus siglis numero auctis B^1 B^2 B^3 sim. (in notis extra sigla respondent *m.1 m.2 m.3*). Si mendum primae manus a posteriore ita correctum est, ut recepto textui congruat, solum mendum notamus, si una manus posterior est; in B et P, ubi duae posteriores sunt, manum correctricem cum nota '*corr.*' laudamus (u. e. g. 1, 17, 4 p. 73, 16 P aliter notatum ac D et R, sc. in D et R manus altera textum restituit receptum). Mendum iam a manu prima correctum siglo B^{ac} D^{ac} sim. notamus, lectionem post correctionem a recepta alienam D^{pc} sim. (post uoces rasura mutatas e. g. B^{ar} uel B^{pr} = B ante uel post rasuram); B^{ac} sim. etiam ponimus, si incertum est, quae manus mendum correxerit.

Notandas lectiones spatii causa ubicumque possumus breuiamus, maxime ubi textus recepti lemma ante uncum praemittitur aut ubi plures uariae lectiones similes sunt, et quidem ita, ut uox receptae aequalis nonnisi prima littera et puncto reddatur (e. g. 1, 1, 11 *s.* = *sibi*, *u.* = *uideantur*), uox parti receptae respondens

[156] Siglorum conspectus p. LVI; de recensione u. pp. XXIX–XLII.

ita breuietur, ut diuersa tantum una cum littera aequali ultima antecedente et prima sequente, ceterum lineolis diuisoriis inclusa scribantur (e. g. 1, 1, 21 p. 5, 18 *-ligim-* et *-legim-* reddunt *colligimus* et *collegimus*; similiter ab initio aequales e. g. 1, 1, 1 p. 1, 6 *dediss-* = *dedissent*, a fine 1, 1, 5 p. 2, 5 *-mi* = *summi*). Breuiata semper ad lectionem receptam, non ad aliam in adnotatione antecedentem referenda sunt (e. g. 2, 2, 24 DV habent *uoluntates*, non *uoluntatem*). In adnotandis uerborum ordinibus mutatis uoces iisdem litteris incipientes ne confundantur plenius reddimus (e. g. ad 1, 1, 25).

Voces nihili omnino non notamus, ubi solae uariae lectiones singulorum codicum sunt (e. g. 1, 17, 3 *superstionis* R).

In adnotandis Graecis breuius agamus quam Brandt necesse est. Lectiones non traditis maiusculis litteris, sed minusculis reddimus sine accentuum signis, quae perraro tradita sunt. Minutias neglegimus; praesertim litteras Α Δ Λ uel Π ΓΙ ΤΙ uel Η Ν confusas aut scripturas sono simili ortas ΑΙ pro Ε uel ΕΙ pro Ι uel Υ pro Ι et uice uersa non notamus[157], nisi adfinitates testium ostendunt aut aliam uocem non nihili efficiunt. Interpretamenta Graecorum, quae exhibent praesertim DV et PKS necnon Sedulius Scottus, spatii causa non in adnotationem criticam recepimus (ubi ne Brandt quidem ea reddidit mentione tantum facta), sed in appendicem quarto fasciculo adiungendam relegamus.

Commentationes sim. in adnotatione necnon in aliis apparatus sectionibus eadem ratione laudamus qua in praefatione[158].

[157] Auctore Montfaucon, 1708, 236; cf. Heck, 2005, 60 sq. cum n. 20; u. supra n. 51. – Graeca in HM inde ab 1, 8, 3 litteris Latinis transscripta et distorta (u. p. XX) neglegimus, nisi cuiusquam momenti sunt (uelut 1, 13, 11. 2, 11, 18).

[158] Cf. supra n. 1. Semel laudata suo loco plene indicantur, sed commentationes in periodicis q. d. uel uoluminibus collectaneis editae solo loco notato, non commentationis inscriptione. Periodica breuiamus sec. ‘L’année philologique’, alios libros, praesertim lexica, sec. rationes inter philologos usitatas (nota: ALL = Archiv für lateinische Lexikographie und Grammatik). Alia compendia u. p. LIII–LV.

Postremo gratias agimus omnibus, qui huic editioni auxilio fuerunt: Opibus nos adiuuit per annos 1975–1978 societas *Deutsche Forschungsgemeinschaft* nominata (u. supra n. 40; eius sumptibus et opera computatoria n. 29 dicta instituimus); ab a. 1981 usque ad a. 2003 saepissime mercedes studiosis nos adiuuantibus soluendas ministrauit opibus suis quamuis minutis Tubingense philologorum seminarium nobisque adhuc locum concessit, ubi editio confici possit. Gratias debemus bibliothecis aliisque institutis nn. 40–68 passim, praecipue n. 40 laudatis. Nominatim gratias agimus iis, quas uel quos nobis auxilio fuisse iam supra in notis diximus: Elke Ahlborn† (n. 63), P. Leonard E. Boyle† (n. 57), Johannes Duft (n. 44), Birgit Ebersperger (n. 68), Katrin Fürst (n. 61. 152; adfuit nobis etiam in editione relegenda), Horst Grohmann (n. 152), Stefanie Maninger (n. 152), Michael Meyer (n. 152), Michel Perrin (n. 67), Wiebke Schaub (quae codices contulit; u. praesertim nn. 40. 44. 137. 138), Wolfram Winger (n. 61), P. Meinrad Wölfle (n. 44). Grato animo recordamur, quantopere in componenda editione nobis adfuerint Elisabeth Schuhmann Lipsiensis, cui Bibliotheca Teubneriana curae est, et Wilhelm Ott, cuius rationes textus arte computatoria tractandi Tubingenses (*Tübinger System von Textverarbeitungsprogrammen, TUSTEP*) ab initio in conficienda editione adhibuimus necnon in praeparando libro, ut exemplum unde imprimatur in officina *pagina GmbH* Tubingensi arte q. d. electronica componatur[159]. Ultimas nec minimas gratias meruit Gisela Heck, quae operi nostro, praesertim coniugis, semper socia carissima interfuit.

Tubingae et Moguntiaci, E. H.
mense Iunio a. MMV A. W.

[159] Inter editores et bibliopolam nemo intercedit typotheta, quia ego exemplum unde imprimatur ad componendum praeparaui; ergo uitiose impressa nemini nisi mihi soli uitio danda sunt. E. H.

INDEX EDITIONVM ET COMMENTATIONVM[160]

1. Editiones
(notantur editiones Institutionum inde a 1736; priores descripsit Brandt, Ed. II 1, XLII–LXX; cf. supra n. 15):
C. A. Heumann, Gottingae 1736 (opera omnia; u. p. X)
J. L. Bünemann, Lipsiae 1739 (opera omnia; u. p. X)
J. B. Le Brun – N. Lenglet-Dufresnoy, Parisiis 1748 (opera omnia, fere = Migne, PL 6. 7, u. p. X n. 19)
O. F. Fritzsche, Lipsiae 1842 (opera omnia, u. p. X)
S. Brandt, Vindobonae 1890 (CSEL 19, nobis Ed. I: inst. et epit.; cf. CSEL 27, 1, 1893, nobis Ed. II 1: cetera opera praeter mort. pers.; 27, 2, 1897, nobis Ed. II 2: mort. pers., indices; u. p. X sq.)
P. Monat, Parisiis 1973 (SChr 204/205: inst. V). 1986 (SChr 326: inst. I). 1987 (SChr 337: inst. II). 1992 (SChr 377: inst. IV); u. supra p. XII et nn. 32–35.
Adde Winger, 1999, 93–251 (inst. V et VI; u. supra n. 28)

2. Opera generalia saepius laudata:
B. Bischoff, Mittelalterliche Studien I, Stutgardiae 1966
– , Katalog der festländischen Handschriften des neunten Jahrhunderts, I: Aachen – Lambach, Visbadae 1998, II: Laon – Paderborn, ibid. 2004
J. B. Hofmann – A. Szantyr, Lateinische Syntax und Stilistik, Monaci 1965
E. A. Lowe, Codices Latini Antiquiores, Oxonii 1934 sqq. (nobis CLA)
B. de Montfaucon, Palaeographia Graeca, Parisiis 1708

3. Commentationes ad Lactantii textum et fontes pertinentes:
S. Brandt, Der St. Galler Palimpsest der Divinae institutiones des Lactantius, SAWW 108, 1884, 231–338 (separatim Vindobonae 1885, 3–110)

[160] Librorum et commentationum ad Lactantium pertinentium depositorium arte computatoria instituit J. Bryce, Bibliography of Lactantius, revised version 2003, sub inscriptione interretiali http://www.acad.carleton.edu/curricular/CLAS/Lactantius.biblio.htm.

S. Brandt, Über die dualistischen Zusätze und die Kaiseranreden bei Lactantius eqs.: 1. Die dualistischen Zusätze, SAWW 118, 1889, Abh. 8; 2. Die Kaiseranreden, ibid. 119, 1889, Abh. 1
M. Cappuyns, Fragments-tests de Fauste de Riez et de Lactance dans un manuscrit d'Averbode (cod. 44 E XIV), RBen 74, 1964, 36–43
W. Hartel: critica communicata ap. Brandt (u. Ed. I, CIX)
E. Heck, Die dualistischen Zusätze und die Kaiseranreden bei Lactantius, Heidelbergae 1972
–, censurae editionum Monat: V: Gnomon 49, 1977, 366–370; I et II: ibid. 64, 1992, 592–597; IV: ibid. 72, 2000, 599–602
–, Wer baute die Mauer für Laomedon?, in: Festschr. H. J. Frede et W. Thiele, Friburgae / Br. 1993, 397–415
–, Pseudo-Cyprian, Quod idola di non sint und Lactanz, Epitome diuinarum institutionum, in: Festschr. K. Thraede, JbAC Erg.bd. 22 (Monasterii 1995), 148–155
–, Lactantius, *De falsa religione*. Textkritisches zum 1. Buch der *Diuinae institutiones*, in: Mélanges F. Heim, Turnholti 2005, 55–67
E. Heck – A. Wlosok, Zum Text der Epitome divinarum institutionum des Laktanz, WS 109, 1996, 145–170
R. W. Hunt, The medieval home of the Bologna manuscript of Lactantius, M&H 14, 1962, 3–6
M. Lausberg, Untersuchungen zu Senecas Fragmenten, Berolini 1970
V. Loi, Lattanzio nella storia del linguaggio e del pensiero teologico preniceno, Turici 1970
A. Löw, Hermes Trismegistos als Zeuge der Wahrheit, Berolini 2002
P. Monat, Lactance et la Bible, Parisiis 1982
M. Perrin, L'homme antique et chrétien – L'anthropologie de Lactance, Parisiis 1981
R. Pichon, Lactance, Parisiis 1901, 152–158
F. Schöll, critica communicata ap. Brandt (u. Ed. I, CIX)
D. R. Shackleton Bailey, Lactantiana, VChr 14, 1960, 165–169
H. Stadtmüller, critica communicata ap. Brandt (u. Ed. I, XCVI)
Th. Stangl, Lactantiana, RhM 70, 1915, 224–252. 441–471
G. Thilo, critica communicata ap. Brandt (u. Ed. I, CIX)
R. Volkmann, critica communicata ap. Brandt (u. Ed. I, XCIV n. 1)

W. Winger, Personalität durch Humanität – Das ethikgeschichtliche Profil christlicher Handlungslehre bei Lactanz, Francofurti ad Moenum 1999

G. Wissowa, censura Brandt, Ed. I et II 1, GGA 1895, 517–527

A. Wlosok, Laktanz und die philosophische Gnosis, Heidelbergae 1960

–, Zur Bedeutung der nichtcyprianischen Bibelzitate bei Laktanz, Studia Patristica 4 (1961), 234–250 = A. W., Res humanae – res divinae, Heidelbergae 1990, 201–216

–, Lactantius, in: Handbuch der lateinischen Literatur der Antike (HLL) 5, Monaci 1989, 375–404
u. et Heck – Wlosok, 1996

INDEX COMPENDIORVM ET SIGLORVM

a.	annus, -i, -o, -um
acced.	accedit, -dens, -dente
ad l.	ad locum
add.	addidit, addiderunt; additum, -a (2, 8, 6 add. 3 = additamenti post 2, 8, 6 § 3; u. supra p. XLV)
adn. crit.	adnotatio critica
al.	alius, -a, -ud; et alii(s) loci(s)
alt.	alter, -a, -um
anteced.	antecedit, -dens, -dente
ap.	apud
c. / cc.	caput / capita (accedunt numeri)
cet.	ceteri, -ae, -a
cf.	confer (conferatur)
cl.	collato (loco), collatis (locis)
cod. / codd.	codex / codices
col.	columna
coni.	coniecit, coniecerunt
corr.	correxit, correxerunt; correctum, -a
def.	defendit, defenderunt
del.	deleuit, deleuerunt
dext.	dexter, -a, -um
dist.	distinxit
e. g.	exempli gratia

ed. / edd.	editio (uel edidit) / editores (uel ediderunt)
eras.	erasit; erasa, -um
euan.	euanuit, euanuerunt; euanida, -um
excid.	excidit, exciderunt
exp.	expunxit; expuncta, -um
f. uel fol. / foll.	folium (acced. numerus; r = recto, v = uerso) / folia
fasc.	fasciculus
final.	finalis (littera in uerbo)
frg.	fragmentum (acced. numerus)
ft.	fortasse
graec.	Graecus, -a, -um; Graece
i. e. / i. q.	id est / idem quod
ibid.	ibidem
inc.	incertus, -a, -um
ind. form.	index formarum et scripturarum
inf.	inferior, -us
init.	initium, initio
ins.	inseruit
inscr.	inscriptio
interpr.	interpretamentum, -a
l. / lin.	linea (acced. numerus) / linea (alias)
l. c.	loco citato (laudato)
lac. stat.	lacunam statuit; lacuna statuta
lat.	Latinus, -a, -um; Latine
lb.	liber, libro
litt.	littera, -ae
m.	manus, manu (accedit saepe numerus)
maiusc.	maiusculis (litteris)
mg. inf. / sup.	margine inferiore / superiore
minusc.	minusculis (litteris)
n. / nn.	nota (in ima pagina, acced. numerus) / notae
om.	omisit, omiserunt
opp.	opponitur, -nuntur; oppositus, -a, -um
ord.	ordo, ordine(m)
p. / pag. / pp.	pagina (acced. numerus) / pagina (alias) / paginae
part.	parte, partibus
post.	posterior (manus)
pot.	potiores (codices)
pr.	primus, -a, -um; prior, -us

prob.	probauit, probante
q. d.	qui, quae, quod dicitur, quae dicuntur
ras.	rasura
rec. / recc.	recentior (codex, manus) / -tiores (codices)
repet.	repetiuit; repetitum, -a
rest.	restituit; restitutus (ordo)
rett.	rettulit, rettulerunt
s.l.	supra linea(m)
s. u.	sub uoce
saec.	saeculum, -i, -o
sc.	scilicet
sec.	secundum
sim.	simile, (et) similia
sin.	sinister, -a, -um
sq. / seq.	et sequente (post numerum) / sequitur
subscr.	subscriptio
sup.	supra (u. et mg. sup.)
suppl.	suppleuit, suppleuerunt; suppletum
supplend.	supplendum
tert.	tertius, -a, -um
test.	testimonium (acced. numerus)
trad.	traditum, -a
transpos.	transposuit, transposuerunt
tue(n)t.	tue(n)tur
u.	uide
uar. l(l) .	uaria(e) lectio(nes)
uers.	uersus (carminis)
(ut) uid.	(ut) uidetur
ult.	ultimus, -a, -um

Nota: in rebus g r a m m a t i c i s usitata compendia adhibemus.

Praeterea his signis utimur:

〈. . .〉	ab editoribus suppleta, non tradita
[. . .]	in textu: tradita, sed ab editoribus deleta – in adnotatione: litterae suppletae
†. . .†	in textu: locus corruptus
* * *	in textu: lacuna statuta
|	in adnotatione uel apparatu 'Codd.': incipit uel finitur linea codicis

CONSPECTVS SIGLORVM
CODICVM EDITORVM CRITICORVM

(De siglis B^1 B^2 B^3 D^{ac} D^{pc} P^{ar} P^{pr} sim. u. supra p. XLVIII)

A	fragmenta lib. IV / V in codd. Auerbodensi 44 E XIV et Florentino Laur. Ashb. 1899, saec. IX; u. p. XIX et n. 56
B	codex Bononiensis bibl. uniu. 701, saec. V (m. 3 saec. V / VI); u. p. XIV sq.
D	Cameracensis bibl. mun. 1219, saec. IX; u. p. XVI sq.
G	Sangallensis 213 (rescriptus) saec. V; u. p. XV sq.
H	Palatino-Vaticanus 161, saec. IX; u. p. XIX sq.
K	Casinensis 595, saec. XI; u. p. XXI sq.
M	Montepessulanus schol. med. 241, saec. IX; u. p. XX (supplementum initii in apparatu 'Codd.' M^p , in adnotatione M)
P	Parisinus BN lat. 1662 (Puteani), saec. IX; u. p. XVIII
R	Parisinus BN lat. 1663 (Regius), saec. IX; u. p. XXIII sq. (supplementum libri II et III saec. XII in apparatu 'Codd.' R^p, in adnotatione R)
S	Parisinus BN lat. 1664, saec. XII; u. p. XXII
V	Valentianensis bibl. mun. 147, saec. IX; u. p. XVII
W	Vindobonensis 719, saec. XIII, u. p. XX sq.
recc.	codices recentiores; cf. p. XLIII
edd.	editores omnes uel plurimi
Br	Brandt (1890)
Buen	Bünemann (1739)
Fr	Fritzsche (1842)
Hm	Heumann (1736)
Le	Le Brun – Lenglet-Dufresnoy (1748)
Mo	Monat (1986 I, 1987 II; u. p. LI)
St 230	Stangl (1915) p. 230

1

L. CAELI FIRMIANI LACTANTI

DIVINARVM INSTITVTIONVM

LIBER PRIMVS

DE FALSA RELIGIONE

5 1. Magno et excellenti ingenio uiri cum se doctrinae penitus dedidissent, quidquid laboris poterat impendi, contemptis omnibus et priuatis et publicis actionibus ad inquirendae ueritatis studium contulerunt, existimantes multo esse praeclarius humanarum diuinarumque rerum inuestigare ac scire rationem 10 quam struendis opibus aut cumulandis honoribus inhaerere, quibus rebus, quoniam fragiles terrenaeque sunt et ad solius (2) corporis pertinent cultum, nemo melior, nemo iustior effici potest. (3) erant illi quidem ueritatis cognitione dignissimi, quoniam scire tantopere cupiuerunt atque ita, ut eam rebus omnibus ante15 ponerent (4) – nam et abiecisse quosdam res familiares suas et renuntiasse uniuersis uoluptatibus constat, ut solam nudamque

1 2

Codd.: *ab initio extant* DV P M[p]W KS[p] R

4 *de inscriptione u. p. XXIV sq. XXVIII* **5** excellente R sese MW[ar] **6** dedidissent P *(et ft.* D*; inter* de *et* ssent *ruga potius 4 quam 2 litt. euan.),* dediss- *cet., Mo, numero peiore* **7** actibus W ad *om.* M **8** studium] s. se W*;* studio M aestimantes MWKS **10** instruendis V **12** corporibus P[1], *corr.* P[2] cultum pertinent MWKS **13** quidem illi DVP agnitione MW quoniam] quam MWKS **14** atque ita *om.* W*;* ita ut *om.* M ponerent V[1], ante *in mg.* V[2] **15** familiaris DVP[1] *(corr.* P[2]*)* suas familiares S

uirtutem nudi expeditique sequerentur; tantum apud eos uirtutis nomen et auctoritas ualuit, ut in ipsa esse summi boni praemium
5 iudicarent –, sed neque adepti sunt id quod uolebant et operam simul atque industriam perdiderunt, quia ueritas id est arcanum summi dei, qui fecit omnia, ingenio ac propriis sensibus non 5 potest comprehendi; alioquin nihil inter deum hominemque distaret, si consilia et dispositiones illius maiestatis aeternae co-
6 gitatio adsequeretur humana. quod quia fieri non potuit ut homini per se ipsum ratio diuina notesceret, non est passus hominem deus lumen sapientiae requirentem diutius errare ac sine 10 ullo laboris effectu uagari per tenebras inextricabiles. aperuit oculos eius aliquando et notionem ueritatis munus suum fecit, ut et humanam sapientiam nullam esse monstraret et erranti ac
7 uago uiam consequendae immortalitatis ostenderet. uerum quoniam pauci utuntur hoc caelesti beneficio ac munere, quod 15 obuoluta in obscuro ueritas latet eaque uel contemptui doctis est, quia idoneis adsertoribus eget, uel odio indoctis ob insitam sibi austeritatem, quam natura hominum procliuis in uitia pati non potest – nam quia uirtutibus amaritudo permixta est, uitia uero uoluptate condita sunt, illa offensi, hac deleniti feruntur in prae- 20 ceps et bonorum specie falsi mala pro bonis amplectuntur –,
3 succurrendum esse his erroribus credidi, ut et docti ad ueram
8 sapientiam dirigantur et indocti ad ueram religionem. quae

Codd.: **22** *ab* esse *incipit* S *fol. 2*^{r} *(fol. 1 m. rec. scriptum pergit usque ad § 8* gloriosior*); hinc extant* DV P M^{p}W KS R

1 ueritatem W ⟨et⟩ tantum *Br;* tantumque *recc., edd., St 225 ad* uirtutis *s.l.* uel ueritatis M **2** auctoritatis DVP **3** iudicarent] praedic- D *(part. in ras.)* VP **5** summum DVP *(*-mi *m.1,* mum *tantum in mg. m.2)* **7** cognitio MWKS *(*D *inc.; post* cog *in fine col.* ni *aut* ita *bibliothecae sigillo opertum)* **11** ullis V^{ac} **12** nationem R^{1} ut *s.l.* P **16** lateat W ea quae DP contemptu D^{1} VP **17** assertionibus KS **18** auctoritatem MW **20** ac deliniti DMW **21** et *om.* M falsa P *(alt.* a *ex* i*)* M mali P **22** et *s.l.* P **23** derigantur R^{ac}

professio multo melior utilior gloriosior putanda est quam illa oratoria, in qua diu uersati non ad uirtutem, sed plane ad argutam malitiam iuuenes erudiebamus, multoque nunc rectius de praeceptis caelestibus disseremus, quibus ad cultum uerae ma-
5 iestatis mentes hominum instituere possimus, 9 nec tam de rebus humanis bene meretur qui scientiam bene dicendi adfert quam qui pie atque innocenter docet uiuere. idcirco apud Graecos maiore in gloria philosophi quam oratores fuerunt. illi enim recte uiuendi doctores sunt existimati, quod est longe praesta-
10 bilius, quoniam bene dicere ad paucos pertinet, bene autem uiuere ad omnes. 10 multum tamen nobis exercitatio illa fictarum litium contulit, ut nunc maiore copia et facultate dicendi causam ueritatis peroremus. quae licet possit sine eloquentia defendi, ut est a multis saepe defensa, tamen claritate ac nitore sermonis
15 inlustranda et quodammodo disserenda est, ut potentius in animos influat et ui sua instructa et luce orationis ornata. de religione itaque nobis rebusque diuinis instituitur disputatio. 11 nam si quidam maximi oratores professionis suae quasi ueterani decursis operibus actionum suarum postremo se philosophiae tra-
20 diderunt eamque sibi requiem laborum iustissimam putauerunt, si animos suos in earum rerum quae inueniri non poterant inquisitione torquerent, ut non tam otium sibi quam negotium quaesisse uideantur et quidem multo molestius quam in quo fuerant ante uersati, quanto iustius ego me ad illam piam ueram

1 gloriosiorque R², *;* et g. K **3** multo quae P^ac nunc *s.l.* P² **5** instruere P tamen V P^ar *(*D *deest)* **6** humanis *om.* KS dicendo M **9** docciores *(sic; pr.* c *s.l. m.2)* R estimati W **11** nobilis P fictura M*;* uictarum KS **12** uti MWKS **13** posset R **15** disserenda *codd. (*D *deest), Mo;* adserenda *Br contra numerum* **16** ui] in M sua . . . luce] sua et instructa *(*cta *in ras.?* R*)* religione et luce MWKSR *Mo* **20** laboris R **21** si] et M inquisitionem W*;* -sione V^ac P¹ *(corr.* P²*;* D *deest)* **22** torserunt. querent. M **22–23** sibi . . . uideantur] s. quaes- u. quam n. P **23** et quidem] equ- R **24** ad ueram illam piam P¹*, ord. rest.* P² ueramque M^ar

4 diuinam sapientiam quasi ad portum aliquem tutissimum conferam, in qua omnia dictu prona sunt, auditu suauia, facilia intellectu, honesta susceptu? 12 et si quidam prudentes et arbitri aequitatis institutiones ciuilis iuris compositas ediderunt, quibus ciuium dissidentium lites contentionesque sopirent, quanto melius nos et rectius diuinas institutiones litteris persequemur, in quibus non de stillicidiis aut aquis arcendis aut de manu conserenda, sed de spe, de uita, de salute, de immortalitate, de deo loquemur, ut superstitiones mortiferas erroresque turpissimos sopiamus?

13 *Quod opus nunc nominis tui auspicio inchoamus, Constantine imperator maxime, qui primus Romanorum principum repudiatis erroribus maiestatem dei singularis ac ueri et cognouisti et honorasti. nam cum dies ille felicissimus orbi terrarum inluxisset, quo te deus summus ad beatum imperii columen euexit, salutarem uniuersis et optabilem principatum praeclaro initio auspicatus es, cum euersam sublatamque iustitiam reducens taeterrimum aliorum facinus expiasti.* 14 *pro quo facto dabit tibi deus felicitatem uirtutem diuturnitatem, ut eadem iustitia, qua iuuenis exorsus es, gubernaculum rei publicae etiam senex teneas tuisque liberis ut ipse a patre accepisti tutelam Romani nominis tradas.* 15 *nam malis, qui adhuc aduersus iustos in aliis terrarum partibus saeuiunt, quanto serius tanto uehementius idem omnipotens mercedem sceleris exsoluet, quia ut est erga pios indulgentissimus pater, sic aduersus impios seuerissimus iudex.* 16 *cuius religionem cultumque diuinum cupiens defendere quem potius appellem, quem adloquar nisi eum, per quem rebus humanis iustitia et sapientia restituta est?*

Codd.: §§ 13–16] KSR *tantum; u. Heck, 1972, 127–170*

1 diuinamque MK *(*que *add. m.2)* R **3** si *s.l.* P[2] et *s.l.* D **7** conseruanda DVP **8** de spe *om.* DVP **15** culmen K *(ex* columen*), recc.* **20** tenetis K[ac] **22** in] et KS **25** seuerissimos R[1]*;* reuerentissimus KS

Omissis ergo terrenae huiusce philosophiae auctoribus nihil certi adferentibus adgrediamur uiam rectam. quos equidem si putarem satis idoneos ad bene uiuendum duces esse, et ipse sequerer et alios ut sequerentur hortarer. 18 sed cum inter se magna concertatione dissideant secumque ipsi plerumque discordent, apparet eorum iter nequaquam esse directum, siquidem sibi quisque ut est libitum proprias uias impresserunt confusionemque magnam quaerentibus ueritatem reliquerunt. 19 nobis autem qui sacramentum uerae religionis accepimus cum sit ueritas reuelata diuinitus, cum doctorem sapientiae ducemque uirtutis deum sequamur, uniuersos sine ullo discrimine uel sexus uel aetatis ad caeleste pabulum conuocamus. 20 nullus enim suauior animo cibus est quam cognitio ueritatis. cui adserendae atque inlustrandae septem uolumina destinauimus, quamuis ea res infiniti sit paene operis et immensi, ut si quis haec dilatare atque exsequi plenissime uelit, tanta illi rerum copia exuberet, ut nec libri modum nec finem reperiat oratio. 21 sed nos idcirco breuiter omnia colligemus, quod ea quae adlaturi sumus tam clara sunt et lucida, ut magis mirum esse uideatur tam obscuram uideri hominibus ueritatem et iis praecipue qui sapientes uulgo putantur, uel quod tantummodo instituendi nobis homines erunt, hoc est ab errore quo sunt implicati ad rectiorem uiam reuocandi. 22 quod si fuerimus ut spero adsecuti, mittemus eos ad ipsum

Codd.: *a § 17 rursus extant* D V P M^p W K S R

1 omisse M **2** adserentibus M*;* adeferentibus, *sed* a *exp.,* R **3** et ipse *om.* R **5** desideant D plerumque ipsi W **6** decretum DVP **7** quique M uias] uitiis R **9** uerae *om.* DVP **10** relata MW **11** uirtutis] ueritatis M *(sed s.l. m.1* uel uirtutis*)* R **12** uocamus W **13** cogitatio V[1] adserendae] ae *m.2 ex* a *et alia litt.* R **14** inlustrandae septem] inlustra R[1] *spatio 7 fere litt. relicto;* ndae *tantum suppl.,* septem *om.* R[2]*; u. p. XXXIII n. 92* **15** paene *om.* W*;* bene KS **17** ne libri W repperiat DVP^ac MWR*; u. ind. form.* **18** collegemus DV[1] *(*-ligim- *m.2)* P*;* -legim- W **20** et] ut MW iis R*,* his *cet., Mo* **23** mittemus *om.* KS

doctrinae uberrimum ac plenissimum fontem, cuius haustu atque
potu conceptam uisceribus sitim sedent ardoremque restinguant,
eruntque illis omnia facilia prona manifesta, modo ne pigeat ad
percipiendam sapientiae disciplinam legendi uel audiendi pati-
23 entiam commodare. multi enim superstitionibus uanis perti- 5
naciter inhaerentes obdurant contra manifestam ueritatem, non
tam de suis religionibus quas praue adserunt bene meriti quam
de se male. qui cum habeant iter rectum, deuios sequuntur an-
fractus, planum deserunt, ut per praecipitia labantur, lucem re-
6 24 linquunt, ut in tenebris caeci ac debiles iaceant. his consulen- 10
dum est, ne contra se pugnent uelintque se tandem ab inueteratis
erroribus liberari; quod utique facient, si quare sint nati aliquan-
25 do peruiderint. haec enim prauitatis est causa, ignoratio sui.
quam si quis cognita ueritate discusserit, sciet quo referenda et
quemadmodum sibi uita degenda sit. cuius scientiae summam 15
breuiter circumscribo, ut neque religio ulla sine sapientia sus-
cipienda sit nec ulla sine religione probanda sapientia.

1 2. Suscepto igitur inlustrandae ueritatis officio non putaui
adeo necessarium ab illa quaestione principium sumere, quae
uidetur prima esse natura, sitne prouidentia quae rebus omnibus 20
2 consulat an fortuito uel facta sint omnia uel gerantur. cuius

Epit.: 1, 2, 1–4] 1, 1–2

Auct.: **21** §§ 2–3] *cf.* Cic. nat. deor. 1, 62–66. 117–123

2 ceptam KS restingant W, -gunt KS **3** illis *s.l.* V **5** commendare DVP *(*-mod- *in mg. m. rec.)* uanis *s.l.* P[2] **6** obdurantur MWR *Mo; cf. Thes. IX 2, 43, 9–15* **7** praue adserunt] praeferunt DVP **8** sequantur MW **9** praecipitia R*,* -um *cet., edd. contra numerum* lauantur R[1]*,* uoluantur R[2] *ante* lucem *fere 8 litt. eras.* P **11** pungent D uelintque] *post* que *fere 3 litt. eras.* KS*;* uelint quod M tandem se W **12** liberati KS[ac] **13** prauitas M **17** nec ulla . . . sapientia] n. u. sap- sine r. p. R *contra numerum* **20** sitne] t *eras.* V*;* sine M **21** fortuito R*,* -tu *cet. (*D *euan.); u. ind. form.* sunt M omnia *s.l.* P[2] generantur*, sup.* a *add.* uel e *m.2,* R

sententiae auctor est Democritus, confirmator Epicurus. sed et antea Protagoras, qui deos in dubium uocauit, et postea Diagoras, qui exclusit, et alii nonnulli, qui non putauerunt deos esse, quid aliud effecerunt nisi ut nulla esse prouidentia putaretur?
5 quos tamen ceteri philosophi ac maxime Stoici acerrime rettuderunt docentes nec fieri mundum sine diuina ratione potuisse nec constare, nisi summa ratione regeretur. 3 sed et Marcus Tullius quamuis Academicae disciplinae defensor esset, de prouidentia gubernatrice rerum et multa et saepe disseruit Stoico-
10 rum argumenta confirmans et noua ipse adferens plurima. quod facit cum in omnibus philosophiae suae libris tum maxime in his qui sunt de natura deorum. 4 *7* nec difficile sane fuit paucorum hominum praua sentientium redarguere mendacia testimonio populorum atque gentium in hac una re non dissidentium. 5 nemo
15 est enim tam rudis, tam feris moribus, quin oculos suos in caelum tollens, tametsi nesciat cuius dei prouidentia regatur hoc

Epit.: 1, 2, 5] 1, 3–4

Auct.: **1** Democritus] *cf.* VS 68 A 70 Epicurus] frg. 368 Usener **2–3** Protagoras . . . Diagoras] *cf.* VS 80 A 12 *et* Min. Fel. 8, 2–3 **12** Cic. nat. deor. 2, 73–153

Codd.: **4** *a* putaretur *incipit* B *(foll. 1–3, usque ad 1, 5, 7* consti*, detrimentis adfecta); hinc extant* B DV P M^{p}W KS R

1 confimator KS^{ac} **2** ante MW pytagoras V^{2} *(ex* prot-*)* MW *(in* D *extat* p *et 1 litt. inc. tantum)* uocabit K **3** putarunt DVP **4** nulla] illa KS **5** tamen] tameni *(an hasta ultima i. q.* et*?)* M*;* t. et KS rettuderunt B *(ut uid.)* R^{1}, retud- KSR^{2}, retund- MW*;* reddiderunt DVP*; cf. 3, 28, 9* **6** dicentes MW **7** nisi] ni K^{ac} marcus BW, m̃. DVPM, m. KSR*; u. ind. form.* **9** et *ante* saepe *om.* MW **10** ipse *codd. (in* BD *periit),* ipsa *Br ex errore* **11** cum] tum WS *(*c *ex* t *an* t *ex* c*?)* tunc P his *codd.,* iis *Br* **13** praue MWK, -uę S testimonia W **14** non *om.* W dissentientium M **15** tam *ante* feris *s.l.* P quia DVP^{ar} *(*a *eras.);* qui non MW **16** dei *s.l.* W

omne quod cernitur, aliquam tamen esse intellegat ex ipsa rerum magnitudine motu dispositione constantia utilitate pulchritudine temperatione nec posse fieri, quin id quod mirabili ratione con-
6 stat consilio maiore aliquo sit instructum. et nobis utique facillimum est exsequi hanc partem quamlibet copiose. sed quia 5 multum inter philosophos agitata res est et prouidentiam tollentibus satis responsum uidetur ab hominibus argutis et eloquentibus et de sollertia diuinae prouidentiae per totum hoc opus quod suscepimus sparsim dicere nos necesse est, omittamus in praesenti hanc quaestionem, quae cum ceteris sic cohaeret, ut 10 nihil a nobis uideatur disseri posse, ut non simul de prouidentia disseratur.

1 3. Sit ergo nostri operis exordium quaestio illa consequens ac secunda, utrum potestate unius dei mundus regatur anne multorum. nemo, qui quidem sapiat rationemque secum putet, non 15 unum esse intellegat, qui et condiderit omnia et eadem qua con-
2 didit uirtute moderetur. quid enim multis opus est ad mundi regimen sustinendum? nisi forte arbitrabimur, si plures sint,
8 3 minus habere singulos neruorum atque uirium. quod quidem

Epit.: 1, 3, 1–23] 2, 1 – 3, 1 *(ordine mutato, nonnullis aliunde additis)* 1, 3, 1 . . . multorum] 2, 1 . . . plures 1 nemo . . . intellegat] 2, 2 . . . intelleget

1 aliquem KS *post* aliquam *s.l. add.* scilicet prouidentiam R[2] **2** motus VP *(*B *inc.,* D *deest)* constantiae M **3** fieri *s.l.* B[3] quin *om.* DVP constat] c. nisi MW **4** itaque KS **5** quamlicet VP *(*D *deest)* copiosam M **8** et *ante* de *eras.* S **9** nos *om.* KS **9–10** hanc in presenti M **12** *post* disseratur *add.* utrum potestate unius dei an multorum mundus regatur *(hoc ordine)* KS *ex 1, 3, 1, ubi haec uerba sicut cet. codd. exhibent* **15** qui quidem KS[pc] R *(alt.* i *ex* e *m.2);* quidem qui B*;* quidem DVPS[ac]*;* qui deum MW **16** condiderit] *in* B *periit* di*;* -didit M quae MW **17–18** uirtute . . . sustinendum] *in* B *plurima foramine interierunt; quae extant, eadem atque in cet. codd.* **18** arbitramur P **19** quidem] *sup.* e *eras.* a*?* B

faciunt ii qui esse multos uolunt, quia necesse est imbecillos esse, siquidem singuli sine auxilio reliquorum tantae molis gubernaculum sustinere non possunt. deus autem, qui est aeterna mens, ex omni utique parte perfectae consummataeque uirtutis
5 est. 4 quod si uerum est, unus sit necesse est. potestas enim uel uirtus absoluta retinet suam propriam firmitatem. id autem solidum existimandum est, cui nihil decedere, id perfectum, cui nihil possit accedere. 5 quis dubitet potentissimum esse regem qui totius orbis habeat imperium? neque immerito, cum illius
10 sint quae ubique sunt omnia, cum ad eum solum omnes undique copiae congerantur. 6 at si plures partiantur orbem, minus certe opum, minus uirium singuli habebunt, cum intra praescriptam portionem se quisque contineat. 7 eodem modo etiam dii, si plures sint, minus ualebunt, aliis tantundem in se habentibus.
15 uirtutis autem perfecta natura in eo potest esse, in quo totum est, quam in eo, in quo pars exigua de toto est. deus uero si perfectus est, ut esse debet, non potest esse nisi unus, ut in eo sint omnia. 8 deorum igitur uirtutes ac potestates infirmiores sint necesse est, quia tantum singulis deerit, quantum in ceteris fuerit; ita quanto
20 plures tanto minores erunt. 9 quid quod summa illa rerum potestas ac diuina uis ne semel quidem diuidi potest? quidquid enim

Epit.: 1, 3, 7–8] 2, 8

1 ii *edd.,* hii BWR *Mo,* hi *cet.* uolunt multos B imbecillos] -becc- B*;* -les PWS *(alt.* e *ex* o*?); u. ind. form.* **6** absolutae *ut uid.* B **8** esse *s.l.* P **9** urbis B[ac] habeat orbis M **10** sunt] sint R[ac] **11** at] ad B*; u. ind. form.* patiantur P *(corr. m. rec.)* **12** habebant DVP[ac] **14** sunt KS **15** eo] eo non M potest esse] potius est *recc., Mo; trad. def. Buen cl. § 11 et epit. 2, 8* **16** in eo *ante* in *exp.* R[2] quo] qua M si *s.l. m.2* KS perfectus est quia perfectus est ut MW **17** non] an DV *(deinde* te *eras.)* P *(deinde 1 litt. eras.); in* B *extat* n*; deinde 2 litt. perierunt* **18** sint necesse est] s. per *(add. m.2)* omnia n. e. R **19** tantum *om.* M **20** quid quod] quid quo V, quod quod P, qui quod M **21** uis] ius M

capit diuisionem, et interitum capiat necesse est. si autem inter-
9 itus procul est a deo, quia incorruptibilis est et aeternus, con-
10 sequens est ut diuidi potestas diuina non possit. deus ergo unus
est, si nihil esse aliud potest quod tantundem capiat potestatis; et
ii tamen qui multos esse arbitrantur officia inter se dicunt esse 5
11 partitos. de quibus omnibus suo loco disputabimus. illud in-
terim quod ad praesentem locum pertinet teneo: si partiti sunt
inter se officia, eodem reuoluitur res, ut ex his quilibet sufficere
omnibus nequeat. perfectus igitur non erit qui cessantibus ce-
teris non potest omnia gubernare. ita fit, ut ad regendum mun- 10
dum unius perfecta uirtute opus sit quam imbecillitate multo-
12 rum. qui autem putat hanc tantam magnitudinem non posse ab
uno regi, fallitur neque quanta sit uis ac potestas diuinae maies-
tatis intellegit, si existimat singularem deum qui facere mundum
13 potuit, eundem regere non posse quem fecit. at si concipiat 15
animo, quanta sit diuini huius operis immensitas, cum antea
nihil esset, tamen uirtute atque consilio dei ex nihilo esse con-
flatam, quod opus nisi ab uno inchoari perficique non potuit,
iam intelleget multo facilius esse ab uno regi quod est ab uno
14 constitutum. dicat fortasse aliquis ne fabricari quidem tam 20
immensum opus mundi nisi a pluribus potuisse. quamlibet mul-

Epit.: 1, 3, 10 . . . 11 gubernare] 2, 6 14–15] 3, 1 quem . . . comprehendi

6 suo loco] 1, 8–14

1 et . . . necesse est *part. euan. s.l. repet. m.3* B **3** diuidi non possit potestas diuina P **4** nil P et] at MW **5** ii *Br,* hii BR *Mo,* hi *cet.* multi W dicuntur W **6** partiti W disputauimus B^{ac} D^{ac} V^{ac} P^{ac} **8** his *codd., Mo,* iis *edd.* **9** ceteris cessantibus W **10** *post* fit *s.l. m. rec.* enim V **13** neque *s.l.* W uis sit W **14** mundum facere KS **16** cum⟨que⟩ *St 225, Mo;* ⟨eamque⟩ cum *Br; trad. def. Buen subaudiendo* magnam . . . immensitatem *pro* quanta . . . immensitas antea] cuncta KS **17** conflata MWKS **18** inchoare R **19** intellegit B, -gat R esse ab uno *periit in* B **21** opus] hoc o. B multos] plurimos W

tos, quamlibet magnos faciat, quidquid in multis magnitudinis potestatis uirtutis maiestatisque posuerit, id totum in unum confero et in uno esse dico, ut tantum in eo sit istarum rerum, quantum nec cogitari nec dici potest. 15 qua in re quoniam et
5 sensu deficimur et uerbis, quia neque tantam intellegentiae lucem pectus humanum neque explanationem tantarum rerum capit lingua mortalis, id ipsum intellegere nos oportet ac dicere. *10*
16 uideo rursus quid e contrario dici possit, tales esse illos plures qualem nos uolumus unum. at hoc fieri nullo pacto potest, quod
10 singulorum potestas progredi longius non ualebit occurrentibus sibi potestatibus ceterorum. necesse est enim ut suos quisque limites aut transgredi nequeat aut, si transgressus fuerit, suis alterum finibus pellat. 17 non uident qui deos multos esse credunt fieri posse, ut aliquid diuersum uelint, ex qua re disceptatio inter
15 eos et certamen oriatur, sicut Homerus bellantes inter se deos finxit, cum alii Troiam capi uellent, alii repugnarent. 18 unius igitur arbitrio mundum regi necesse est. nisi enim singularum partium potestas ad unam prouidentiam referatur, non poterit summa ipsa constare, uno quoque nihil curante amplius quam
20 quod ad eum proprie pertinet, sicut ne res quidem militaris nisi unum habeat ducem atque rectorem. 19 quodsi in uno exercitu tot fuerint imperatores quot legiones, quot cohortes, quot cunei,

Epit.: 1, 3, 18 . . . constare] 2, 3 . . . referantur*; cf.* 2, 6 19] 2, 4 si multi in exercitu . . . 5 potuisset

Codd.: **21** tot . . . *1, 4, 8* principes aut *om.* W*; suppl. m. rec. folio inserto; hinc extant* B DV P Mp KS R

2 potuerit R **5** deficimus MWKS tantae MW lucet MW **6** explanationum P1*, corr.* P2 rerum *om.* M **8** e] de DVP posset B *post* esse *eras.* se V **9** at] ac Pac **11** sibi] tibi Vac **12** aut *post* limites *om.* M **15** oritur W bellantis V *(*D *deest)* **16** capit Bar **17** singularem P1*, corr.* P2 **20** ad *om.* DVP1 *(s.l.* P2*)* nec MK *(*c *s.l.)* *post* militaris *30 fere litt. eras.* P **21** in *s.l.* M **22** fuerit Kac **22–p. 12, 1** quot legiones . . . alae] quod *ubique* B*, pr. loco* VRac*, alt.* Vac *(hic* D *periit)*

quot alae, primum nec instrui poterit acies uno quoque pericu-
lum recusante nec regi facile aut temperari, quod suis propriis
consiliis utantur omnes, quorum diuersitate plus noceant quam
prosint. sic in hoc rerum naturae imperio nisi unus fuerit ad
quem totius summae cura referatur, uniuersa soluentur et cor- 5
20 ruent. dicere autem multorum arbitrio regi mundum tale est,
quale si quis adfirmet in uno corpore multas esse mentes,
quoniam multa et uaria sint ministeria membrorum, ut singulos
11 corporis sensus singulae mentes regere credantur, item multi
adfectus, quibus commoueri solemus uel ad iram uel ad cupi- 10
ditatem uel ad laetitiam uel ad metum uel ad miserationem, ut in
his omnibus totidem mentes putentur operari. quod si quis pro-
fecto dicat, ne ipsam quidem quae una est habere uideatur.
21 quodsi in uno corpore tantarum rerum gubernationem mens una
possidet et uniuersis semel intenta est, cur aliquis existimet 15
mundum non posse ab uno regi, a pluribus posse? quod quia
intellegunt isti adsertores deorum, ita eos praeesse singulis rebus
22 ac partibus dicunt, ut tamen unus sit rector eximius. iam ergo
ceteri non dii erunt, sed satellites ac ministri, quos ille unus
maximus ac potens omnium iis officiis praefecerit, et ipsi eius 20
imperio ac nutibus seruient. si uniuersi pares non sunt, non igi-

Epit.: 1, 3, 19 sic . . . corruent] 2, 5   20 . . . 21 pluribus posse] 2, 3 regatque . . . una

2 aut] ac B   temperare P[ac]*;* obtemperari K *(*ob *s.l.);* imperari M
3 diuersitates B P[2] M S *(*s *s.l.)* R *(*s *s.l.), Mo*   **4** possint D[ac]
5–7 soluentur . . . mentes] B *detrimenta cepit*   **5** corruant K S[1]
6 arbitriorum M   **7** adfirment D[ac]   in *om.* M   **8** sunt M
10 effectus M   **11** admirationem B[1]*, corr.* B[3]*;* administrationem D V P in *eras.* D   **12** omnibus] om *tantum* D[ac] V P[ac]   putarentur *ex* uterentur P*;* utarentur *sic* D V   **13** ipsa D V P[ac]   uidebitur B
14 tantum M   gubernatione M   **15** possideat M   semel] simul *recc., edd.; trad. def. Mo; cf. 5, 4, 1 et opif. 11, 3*   est *om.* R
16 rege K   **16–17** quod . . . isti ad *conglutinatione fissurae periit in* B
19 dii non P   **20** iis *Br*, hiis B R, his *cet., Mo*   et] ut *edd., Br*
21 seruient B*,* -iant D V P M R *Br,* -iunt K S

tur dii omnes sunt; nec enim potest hoc idem esse quod seruit et
quod dominatur. nam si deus nomen est summae potestatis, 23
incorruptibilis esse debet, perfectus impassibilis nulli rei subiec-
tus. ergo dii non sunt quos parere uni maximo deo necessitas
5 cogit. sed quia non frustra falluntur qui hoc ita putant, causam 24
huius erroris paulo post aperiemus. nunc unitatem diuinae potes-
tatis testimoniis comprobemus.

4. Prophetae, qui fuerunt admodum multi, unum deum prae- 1
dicant, unum loquuntur, quippe qui unius dei spiritu pleni quae
10 futura essent pari et consona uoce praedixerint. at enim ueri- 2
tatis expertes non putant his esse credendum; illas enim non *12*
diuinas, sed humanas fuisse uoces aiunt. uidelicet quia de uno
deo praeconium faciunt, aut insani aut fallaces fuerunt. atquin 3
impleta esse implerique cottidie illorum uaticinia uidemus et in
15 unam sententiam congruens diuinatio docet non fuisse furiosos.
quis enim mentis emotae non modo futura praecinere, sed etiam
cohaerentia loqui possit? num ergo fallaces erant qui talia 4
loquebantur? quid ab his tam longe alienum quam ratio fallendi,
cum ceteros ab omni fraude cohiberent? idcirco enim a deo
20 mittebantur, ut et praecones essent maiestatis eius et correctores
prauitatis humanae. praeterea uoluntas fingendi ac mentiendi 5

Epit.: 1, 3, 23 . . . subiectus] 3, 1 . . . subiectus 1, 4, 1 – 6, 16] *fere* 3, 2 – 5, 4 1, 4, 1 – 5, 1] *cf.* 3, 2 ut taceam . . . praedicatoribus

6 paulo post] 1, 8, 8 – 15, 33

1 nec] sed DVP **2** deus] dominus M **5** qui] quia M reputant M **6** aperimus B[1], *corr.* B[3] **8** qui] quia B **10** praedixerunt BS **12** uoces fuisse MKS **13** atquin B *(*adq-*)* D *(*n *exp.)* VWR *(*n *exp.),* autquin P[ac], atqui MKS*; u. ind. form.* **14** esse *s.l.* M in plerisque BM cottidie B *(pr.* t *eras.)* R, cotid- *cet.; u. ind. form.* **15** congruens *om.* KS furiosos fuisse R **16** semotae MKSR[2] **17** posset R[2] erunt V[ac] M **17–18** qui . . . loquebantur *om.* BMKSR *Mo; cf. Heck, 1972, 199; 1992, 596* **18** his] is R[1] **19** ceteros] os *in ras.* S[2]*;* -is V[ac] K[ac] R[ac] *(*D *deest)* **21** humanam D *(corr. m. rec.)* V[ac] P[ac]

eorum est qui opes appetunt, qui lucra desiderant; quae res pro-
6 cul ab illis sanctis uiris afuit. ita enim delegato sibi officio
functi sunt, ut derelictis omnibus ad tutelam uitae necessariis
non modo in futurum, sed ne in diem quidem laborarent contenti
extemporali cibo, quem deus subministrasset. et hi non modo 5
quaestum nullum habuerunt, sed etiam cruciatus atque mortem.
7 amara sunt enim uitiosis ac male uiuentibus praecepta iustitiae.
itaque ii, quorum peccata et arguebantur et prohibebantur, ex-
cruciatos eos acerbissime necauerunt. ergo a quibus afuit stu-
8 dium lucri, afuit etiam uoluntas et causa fallendi. quid quod 10
aliqui eorum principes aut etiam reges fuerunt, in quos cadere
13 non potest suspicio cupiditatis ac fraudis, et tamen praeconium
dei singularis eadem qua ceteri diuinatione fecerunt?

1 5. Sed omittamus sane testimonia prophetarum, ne minus
idonea probatio uideatur esse de his quibus omnino non creditur. 15
2 ueniamus ad auctores et eos ipsos ad ueri probationem testes
citemus, quibus contra nos uti solent, poetas dico ac philoso-
phos. ex his unum deum probemus necesse est, non quod illi
habuerint cognitam ueritatem, sed quod ueritatis ipsius tanta uis

Epit.: 1, 5, 2–28] 3, 2 – 4, 3 1, 5, 2–3] 3, 2

Codd.: **11** *ab* etiam *redit* W*; hinc extant* B DV P M^p W KS R

1 petunt M **2** ab] ad D^ac V fuit DVP sibi *s.l.* P^2
5 temporali M et *om.* DVP hii R*;* hi qui MKS
6 nullum] non *(deinde* n *eras.)* ullum *(*ll *euan. rest. m.3)* B*;* ullum M
mortem amaram*, deinde dist.,* M **8** ii *edd.*, hii MR *Mo,* hi *cet. (*B
inc., D *deest)* et *post* peccata *om.* M **9** negauerunt D^ac VP^ac
afuit *post* quibus] fuit VP *(*D *deest);* aff- S^1 R *(ex* adf-*);* abf- S^2 W
10 lucri abfuit WS *(*ab *in ras. m.2);* l. aff- R **12** posset MW
ac] aut W tamen] t. ad M **13** eadem qua] eademque DVP^1
(corr. P^2*);* eodem modo quo M diuinationem M **14** omittemus M
minus] mus B^ac **15** de quibus his B *(ante* his *in mg.* ab *m.2)* DVP
16 auctorem M probationem ueri D *(*ueri *periit)* VP **18** quod] quo
DVP*, sed cf. 4, 7, 8* **19** habuerunt BD^ar PM

est, ut nemo possit esse tam caecus, quin uideat ingerentem se oculis diuinam claritatem. 3 poetae igitur quamuis deos carminibus ornauerint et eorum res gestas amplificauerint summis laudibus, saepissime tamen confitentur spiritu uel mente una
5 contineri regique omnia. 4 Orpheus, qui est uetustissimus poetarum et aequalis ipsorum deorum, siquidem traditur inter Argonautas cum Tyndaridis et Hercule nauigasse, deum uerum et magnum πρωτόγονον appellat, quod ante ipsum nihil sit genitum, sed ab ipso sint cuncta generata. eundem etiam Φάνητα
10 nominat, quod cum adhuc nihil esset, primus ex infinito apparuerit et extiterit. 5 *14* cuius originem atque naturam quia concipere animo non poterat, ex aere immenso natum esse dixit:

πρωτόγονος φαέθων περιμήκεος ἠέρος υἱός.

aliud enim amplius quod diceret non habebat. 6 hunc ait esse
15 omnium deorum parentem, quorum causa caelum condiderit liberisque prospexerit, ut haberent habitaculum sedemque communem:

ἔκτισεν ἀθανάτοις δόμον ἄφθιτον.

natura igitur et ratione ducente intellexit esse praestantissimam
20 potestatem, caeli ac terrae conditricem. 7 non poterat enim dicere

Epit.: 1, 5, 4–7] 3, 3

Auct.: **5–14** Orph. frg. 73 *(cf.* 167*)* Kern **14–20** Orph. frg. 89 K.

Test.: **8–18** *interpretamenta lat. his ceterisque graec. locis in parte codd. addita in appendice adferentur; u. p. XLIX*

1 quiin*, pr.* i *exp.,* D*;* qui non BMWS **2** diuinitatem KS[1]*,* -tis S[2] **3** ornauerunt KS re V[1] amplificauerunt S **5** est] et M **7** tyndaris DVP nauigasset *(*et *in eras.* em*?)* R **8** appellat *om.* KS **10** quod] quoniam M ex infinito] ex *(euan.)* fin- B[1]*, corr.* B[3]*;* nihil fin- DVP **11** et *om.* MKS conspicere B *(*sp *in ras. m.3)* WKS **12** dixit esse natum P **13** ϑεροc υοc MW*,* ιεροc cιοc R*;* αἰϑέρος υἱός *Lobeck, alii edd. Orph.* **14** omnium esse W **18** ϑανατοιc KS **19** et] ex MW deducente B*;* docente M **20** potentiam M*;* potentem W

Iouem esse principem rerum, qui erat Saturno genitus, neque ipsum Saturnum, qui Caelo natus ferebatur; caelum autem tamquam deum primum constituere non audebat, quod uidebat elementum esse mundi, quod ipsum eguerit auctore. haec eum ratio perduxit ad deum illum primogenitum, cui adsignat et tribuit 5
8 principatum. Homerus nihil nobis dare potuit quod pertineat ad ueritatem, qui humana potius quam diuina conscripsit. potuit Hesiodus, qui deorum generationem unius libri opere complexus est. sed tamen nihil dedit non a deo conditore sumens exordium, sed a chao, quod est rudis inordinataeque materiae confusa con- 10 geries, cum explanare ante debuerit chaos ipsum unde quando
9 quomodo esse aut constare coepisset. nimirum sicut ab aliquo artifice disposita ordinata effecta sunt omnia, sic ipsam materi-
15 am fictam esse ab aliquo necesse est. quis igitur hanc nisi deus
10 fecit, cuius potestati subiacent omnia? sed refugit hoc ille, dum 15 horret incognitam ueritatem. non enim Musarum instinctu sicut uideri uolebat in Helicone carmen illud effudit, sed meditatus
11 uenerat ac paratus. nostrorum primus Maro non longe afuit a ueritate, cuius de summo deo, quem mentem ac spiritum

Epit.: 1, 5, 11–13] 3, 4–5

Auct.: **10** Hes. theog. 116 **17** Hes. ibid. 22–35 **18** Maro] *cf.* Min. Fel. 19, 2

Test.: **19** Isid. orig. 8, 6, 19

Codd.: **3** *a* tuere non *incipit* B *fol. 4 primum integrum; hinc extant* B DV P M[p]W KS R

1 neque] denique DVP **4** egeret auctorem B[1], *corr.* B[3]*;* genuerit auctorem MWKS **5** adsignans tribuit M **7** potuit *om.* M*;* Hesiodus p. W **10** a chao] achaos W *(*s *corr.?)* R **11** ante *om.* M cahos P, achaos R **12** esset, t *euan.,* B*;* esse c *(sic)* M cepisset MW, cęp- KS **13** effecta] facta B sicut R[ar] materiem R **14** factam BKS **15** ille hoc P **17** carmen] nec c. M effundit MW **18** ac] et MW non longe *eras.* S **18–19** afuit a ueritate] fuit a u. DVP*;* afuit ueritati MW **19** spiritum ac mentem M

nominauit, haec uerba sunt:
'principio caelum ac terras camposque liquentis
lucentemque globum lunae Titaniaque astra
spiritus intus alit totamque infusa per artus
5 mens agitat molem et magno se corpore miscet.'
ac ne quis forte ignoraret, quisnam esset ille spiritus qui tantum 12
haberet potestatis, declarauit alio loco dicens:
'deum namque ire per omnis
terrasque tractusque maris caelumque profundum;
10 hinc pecudes armenta uiros genus omne ferarum,
quemque sibi tenuis nascentem accersere uitas.'
Ouidius quoque in principio praeclari operis sine ulla nominis 13
dissimulatione a deo, quem 'fabricatorem mundi', quem 'rerum
opificem' uocat, mundum fatetur instructum. quodsi uel Or- 14
15 pheus uel hi nostri quae natura ducente senserunt in perpetuum *16*
defendissent, eandem quam nos sequimur doctrinam compre-
hensa ueritate tenuissent.

Auct.: **2–5** Verg. Aen. 6, 724–727 **8–11** Verg. georg. 4, 221–224 **13–14** Ou. met. 1, 57. 79

Test.: **8** deum . . . profundum] Salu. gub. 1, 1, 4

2 a principio D^{ac} V^{ac} P^{ac} terram R *ut pars codd. Verg.* liquentis B^{1} PMKSR^{1}, -tes B^{2} D *(ex* -tus*)* VWR^{2}*; de his formis u. ind. form.* **4** effusa MW per artus] partus V^{1} **6** ne] nec R ignoret P quinam DVPKS **7** potestatibus B^{ar} loco *om.* M **8** deum *om.* R omnis BDV^{1} PR, -nes V^{2}, oms̃ MWKS **9** terrasque] que *exp.* R^{2} tactusque V^{ac}*;* tractat- M *post* maris *eras. et exp.* que B **10** hic M **11** tenus *(sic)* sibi M*;* tenues*, alt.* e *ex* i, B^{2} R^{2} nascente P accersere MKSR, arcess- BPW *ut plurimi codd. Verg.,* ac arcers- D, arcers- V*; cf. 2, 16, 11* **12** operis] carminis R, *item in mg. ad* operis K *(m.1 ut uid.)* S *(al. m.), Mo; cf. Heck, 1972, 177* **14** uocet B quod uel si R **15** quae] qui B ducente] u *ex* o B *(m.3?)* V **16** eadem KS^{ac}

15 Sed hactenus de poetis. ad philosophos ueniamus, quorum grauior est auctoritas certiusque iudicium, quia non rebus com-
16 menticiis, sed inuestigandae ueritati studuisse creduntur. Thales Milesius qui unus e septem sapientium numero fuit quique primus omnium quaesisse de causis naturalibus traditur, aquam 5 esse dixit ex qua nata sint omnia, deum autem esse mentem quae ex aqua cuncta formauerit. ita materiam rerum posuit in
17 umore, principium causamque nascendi constituit in deo. Pythagoras ita definiuit quid esset deus: animus per uniuersas mundi partes omnemque naturam commeans atque diffusus, ex 10
18 quo omnia quae nascuntur animalia uitam capiunt. Anaxagoras deum esse dicit infinitam mentem quae per se ipsa moueatur. Antisthenes multos quidem esse populares deos, unum tamen

Epit.: 1, 5, 15–28] 4, 1–3 *mutato ordine;* 15] 4, 1 . . . poetarum 16–17] *cf.* 4, 3 Thales uel Pythagoras 18 Antisthenes . . . artificem] 4, 2 Antisthenes . . . gubernatorem

Auct.: **1** §§ 15–23] *cf.* Cic. nat. deor. 1, 25–42*;* Min. Fel. 19, 3–14 **3** Thales] Cic. ibid. 1, 25 = VS 11 A 23*;* Min. Fel. 19, 4*; ad* qui . . . fuit *cf.* Diog. Laert. 1, 28–35 **8** Pythagoras] Cic. ibid. 1, 27*;* Min. Fel. 19, 6 **11** Anaxagoras] Cic. ibid. 1, 26 = VS 59 A 48*;* Min. Fel. 19, 6 **13** Antisthenes] frg. 39 Decleva-Caizzi; Cic. ibid. 1, 32; Min. Fel. 19, 7

Test.: **8** Pythagoras] *cf.* Salu. gub. 1, 1, 2*;* Isid. orig. 8, 6, 19

2 grauior est] grauiorem S¹*;* est *om.* K certusque B¹*, corr.* B² qui non MW **3** ueritatis D V^ac P^ac M*;* -tis naturis W credentur KS **4** unus . . . numero] u. e n. sept- sap- R unus e septem *in ras.* V e] ex MWS quoque R*;* quia M **6** esse . . . qua *om.* W sunt KS deum] dm̃ *ex* dĩ *uel* dõ B² *uel* B³ **7** quae] qui MKS **8** umore MKR¹*,* hu- DVPWSR²*;* humorem*,* h *s.l. m.3,* B*; u. ind. form.* in deo] ideo *ut uid.* B¹*,* in deum B³ **9** diffinit P quis B deus esset W *post* animus *2 litt. eras.* B*;* animus qui MWKS **9–10** uniuersas mõdi *(sic;* s mõ *in ras. m.2)* partes *(*s *s.l. m.3)* B **11** quo] quae KS¹ **12** ipsa B *(sup.* a *add. et eras.* ˜*)* VP¹ *(*D *deest)* R *Mo,* -am P² MWKS *Br contra numerum*

naturalem id est summae totius artificem. Cleanthes et Anaximenes aethera esse dicunt summum deum, cui opinioni poeta noster adsensit: 19

'tum pater omnipotens fecundis imbribus aether
5 coniugis in gremium laetae descendit et omnis
magnus alit magno permixtus corpore fetus.'

Chrysippus naturalem uim diuina ratione praeditam, interdum diuinam necessitatem deum nuncupat, item Zenon naturalem diuinamque legem. horum omnium sententia quamuis sit in-10 certa, eodem tamen spectat, ut prouidentiam unam esse consentiant. siue enim natura siue aether siue ratio siue mens siue fatalis necessitas siue diuina lex siue quid aliud dixeris, idem est quod a nobis dicitur deus. nec obstat appellationum diuersitas, cum ipsa significatione ad unum omnia reuoluantur. Aristo-15 teles quamuis secum ipse dissideat ac repugnantia sibi et dicat et sentiat, in summum tamen unam mentem mundo praeesse 20 *17* 21 22

Epit.: 1, 5, 19–20] *cf.* 4, 3 Anaximenes . . . Zeno 22] 4, 2 . . . confitetur

Auct.: **1** Cleanthes] Cic. nat. deor. 1, 37 = SVF I 530. 534*;* Min. Fel. 19, 10 Anaximenes] Cic. ibid. 1, 26 = VS 13 A 10*;* Min. Fel. 19, 5 **4–6** Verg. georg. 2, 325–327 **7** Chrysippus] Cic. ibid. 1, 39 = SVF II 1077*;* Min. Fel. 19, 10–11 **8** Zenon] Cic. ibid. 1, 36 = SVF I 162*;* Min. Fel. 19, 10 **14** Cic. ibid. 1, 33 = Arist. frg. 26 Rose*;* Min. Fel. 19, 9

1 id est *om.* MW **2** dicit *ut uid.* B[1], *corr.* B[2] **3** adsentit B **4** tunc P *ut Verg. cod. R* **5** coniungis B laete KSR*,* lethe W omnes B *(*e *ex* i*?),* oms̃ M*; cf. § 12* **6** magnos B abit *aut* agit B[1], *corr.* B[3] permixtos B[1], *corr.* B[3], permixius R[ac]*;* commixtus *Verg.* **7** diuini B ratione *(sup.* e *eras.* ˜*)* praedictam K*;* praedictam racionem S **8** diuinam *om.* MW zenon BDVMW*;* -no *cet.; cf. epit.* naturam B[1], *corr.* B[3] **9** omnium] o. enim M*,* enim o. W sententiam R **10** *post* eodem *add. et exp.* modo M expectat BMW **12** quid] quidquid M *(*-cq-*)* W dixerint B **14** ipse KS[1] omnia] diuersitas R reuoluantur] n *eras.* R **15** et *ante* dicat *om.* BR **16** summo B

23 testatur. Plato, qui omnium sapientissimus iudicatur, monarchian plane aperteque defendit nec aethera aut rationem aut naturam, sed ut est deum nominat; ab eo mundum hunc perfectum
24 atque mirabilem esse fabricatum. quem Cicero secutus atque imitatus in plurimis frequenter deum confitetur ac ‘supremum’ 5
uocat in his libris quos de legibus scripsit, ab eoque regi mundum argumentatur, cum disputat de natura deorum hoc modo: ‘nihil est praestantius deo. ab eo igitur mundum regi necesse est. nulli igitur est naturae oboediens aut subiectus deus. omnem
25 ergo regit ipse naturam.’ quid autem sit deus, in Consolatione 10
definit: ‘nec uero deus ipse, qui intellegitur a nobis, alio modo
18 intellegi potest nisi mens soluta quaedam et libera, segregata ab
26 omni concretione mortali, omnia sentiens et mouens.’ Annaeus quoque Seneca, qui ex Romanis uel acerrimus Stoicus fuit, quam saepe summum deum merita laude prosequitur! nam cum 15
de immatura morte dissereret, ‘non intellegis’ inquit ‘auctoritatem ac maiestatem iudicis tui, rectorem orbis terrarum caelique

Epit.: 5, 1, 23] 4, 1 ⟨Plato⟩ . . . perfectus 24–28 . . . locutus est] *cf.* 4, 3 Seneca . . . Tullius

Auct.: **1** Plato] *sc.* Tim. 28 c*; cf. 1, 8, 1 et ira 11, 11* **6** Cic. leg. 1, 22 **8–10** Cic. nat. deor. 2, 77 **11–13** Cic. consol. frg. 21 Vitelli (Tusc. 1, 66) = phil. frg. IX 10 Müller **16–p. 21, 2** Sen. frg. 26 Haase*; cf. Lausberg, 1970, 155–158*

Test.: **1** Plato] *cf.* Salu. gub. 1, 1, 3 **8** nihil . . . deo] Salu. gub. 1, 1, 4 **11–13** nec . . . mouens] Salu. ibid.

Codd.: **2** *post* naturam *(fol. 4v) duo folia exciderunt in* B *usque ad 1, 6, 15* in*; hinc extant* DV P M^{p}W KS R

1 monarchian DVPR *et epit.,* -am BM, -ã WKS **6** uocat *om.* W his *codd., Mo*, iis *edd.* **8** necesse est regi *Cic.* **10** in] in de M **11** definiuit R **13** concretione mortali] cretione mortali *in ras. m.2* V*;* congregatione m. MW omnia *om.* R **14** uel *om.* MW*;* uelut, *deinde eras.* s, R **15** summe M **17** rectorem WKR *Mo,* -or M, -oris S *edd.,* -or is *(antea* tui?*) Lausberg;* r. orbis] rectoribus DVP

et deorum omnium deum, a quo ista numina quae singula adoramus et colimus suspensa sunt?' item in Exhortationibus: 'hic cum prima fundamenta molis pulcherrimae iaceret et hoc orditur quo neque maius quidquam nouit natura nec melius, ut omnia sub ducibus suis irent, quamuis ipse per totum se corpus intenderat, tamen ministros regni sui deus genuit.' et quam multa alia de deo nostris similia locutus est! quae nunc differo, quod aliis locis opportuniora sunt. nunc satis est demonstrare summo ingenio uiros attigisse ueritatem ac paene tenuisse, nisi eos retrorsus infucata prauis opinionibus consuetudo rapuisset, qua et deos esse alios opinabantur et ea quae in usum hominis deus fecit, tamquam sensu praedita essent, pro diis habenda et colenda credebant.

6. Nunc ad diuina testimonia transeamus. sed prius unum proferam, quod est simile diuino et ob nimiam uetustatem et quod is quem nominabo ex hominibus in deos relatus est. apud Ciceronem Gaius Cotta pontifex disputans contra Stoicos de religionibus et uarietate opinionum quae solent esse de diis, ut more Academicorum omnia faceret incerta, 'quinque fuisse

Epit.: 1, 6, 2–5] 4, 4 . . . solus sit

Auct.: **2–6** Sen. frg. 16 Haase*; cf. Lausberg 95–102* **17** §§ 2–3] Cic. nat. deor. 3, 56*; cf. Pease ad l.*

1 deum DVPWKSR *Mo,* deus M *Lausberg,* dei *edd.* ista . . . quae] is tantum in aqua R^{ac}*,* ista tum in qua*, pr* n *et alt.* a *eras.,* R^{pc} nomina W adoremus P^{ac} M^{ac} **2** suspensa] idem s. R **3** pulcherrime KS ordiretur] *pro* retur *s.l.* nauit D^{2} **4** quod necque R quisquam MW naturam K^{ar} S^{ar} **6** deos M*; cf. 1, 7, 5* **7** nostri DMWKS **8** quod] quo M **10** infugata DVP^{ac}*;* fuscata M **11** et *ante* deos *om.* MW alios esse P usu homini M **12** praedicta DV esse KS **15** est *s.l.* P^{2}*;* et KS simili KS **16** is] his DVPKS ex] ab MW in] inter MW relatos R^{ac}*;* relaxatus KS **17** gaius W, g. DVP, c. MKSR *edd.; u. ind. form* cocta KS **18** et] et de MW opinione K^{1} **19** facere K^{ac} S*;* sciret P^{1}*, corr.* P^{2}

Mercurios' ait et enumeratis per ordinem quattuor 'quintum fuisse eum, a quo sit Argus occisus, ob eamque causam in Aegyptum profugisse atque Aegyptiis leges ac litteras tradidis-
3 se. hunc Aegyptii Thoyth appellant, a quo apud eos primus anni sui mensis' id est September 'nomen accepit'. idem oppi- 5
dum condidit, quod etiamnunc Graece uocatur Mercurii ciuitas, et Pheneatae colunt eum religiose. qui tametsi homo fuit, antiquissimus tamen et instructissimus omni genere doctrinae adeo, ut ei multarum rerum et artium scientia Trismegisto cognomen
4 imponeret. hic scripsit libros et quidem multos ad cognitionem 10
diuinarum rerum pertinentes, in quibus maiestatem summi ac singularis dei adserit isdemque nominibus appellat quibus nos 'dominum et patrem'. ac ne quis nomen eius requireret, ἀνώνυμον esse dixit, eo quod nominis proprietate non egeat, ob ipsam scilicet unitatem. ipsius haec uerba sunt: ὁ δὲ θεὸς εἷς, ὁ 15
δὲ εἷς ὀνόματος οὐ προσδέεται· ἔστιν γὰρ ὁ ὢν ἀνώνυμος.
20 5 deo igitur nomen ⟨non⟩ est, quia solus est, nec opus est proprio

Auct.: **10–16** CH IV 105 (frg. 3 a)*; ad* dominum et patrem *cf.* II 320, 11–12. 321, 4 (Ascl. 20) *et inst. 7, 18, 4* **17** § 5] *cf.* Min. Fel. 18, 10

2 in *om. codd. Cic.* **4** thoyth *litt. minusc. lat.* R *alias (praeter 1, 21, 31) litt. graec. usus; Lact. sic scripsisse uid., non* Θούθ *uel* Θωύθ *(cf. Euseb. praep. eu. 1, 9, 24); litt. maiusc. graec.* τηουτν KS[1], τηουτυν S[2], πηουτη DV, πηουτοη factorem P, θεουcεν MW*;* theyn *uel sim. codd. Cic.* eos] illos P **7** Pheneatae *edd. cl. Cic.;* faeniatae DVPR, fen- WKS, fenitae M tamet P[1], *corr.* P[2] antiquissimis P[1], *corr.* P[2] **8** tamen et instructissimus *om.* M **9** ei] ei ob W scientiam MW trimegisto MR nomen M **10** inponerent MW his, h *del.,* R **12** asseruit MWKS hisdemque DVP **13** *ad* dominum *s.l.* deum R[2] et *bis* K*;* ac MW requiret P[ac] VM *(in* D *extat* ret *tantum)* Anonymen M *(sic)* W *(litt. maiusc.)* **14–15** ob ... unitatem] ab ipsa s. unitate WM **16** δὲ *ante* εἷς *om.* MW εcτιν *codd. (in* D *extat* ε *tantum; in* W η *pro* ν*), Nock;* ἔστι *edd. Lact.* **17** non *add. recc., edd., Br probabiliter; trad. def. Mo, sed restat dubium subsidio Min. Fel. incerto* opus] corpus*,* r *in ras.,* S

uocabulo, nisi cum discrimen exigit multitudo, ut unam quamque personam sua nota et appellatione designes. deo autem, quia semper unus est, proprium nomen est deus.

6 Superest de responsis sacrisque carminibus testimonia quae 5 sunt multo certiora proferre. nam fortasse ii contra quos agimus nec poetis putent esse credendum tamquam uana fingentibus nec philosophis, quod errare potuerint, quia et ipsi homines fuerint. 7 Marcus Varro, quo nemo umquam doctior ne apud Graecos quidem uixit, in libris rerum diuinarum quos ad Gaium Caesarem 10 pontificem maximum scripsit, cum de quindecimuiris loqueretur, ‘Sibyllinos libros’ ait ‘non fuisse unius Sibyllae, sed appellari uno nomine Sibyllinos, quod omnes feminae uates Sibyllae sint a ueteribus nuncupatae uel ab unius Delphidis nomine uel a consiliis deorum enuntiandis. σιούς enim deos, non ϑεούς, et

Epit.: 1, 6, 6–13] 5, 1–2

Auct.: **8** §§ 7–12] Varro ant. rer. diu. frg. 56 a Cardauns

Test.: **8** §§ 7–13] Theosoph. Sib. 1–3 l. 1–84 Erbse *passim*; Isid. orig. 8, 8*; cf.* Hier. adu. Iouin. 1, 41; Aug. ciu. 18, 23*; al. u. ap. Cardauns*

Codd.: **2** *a* deo autem *incipit* H*; hinc extant* DV P HM[p]W KS R

1 ut *om.* M **2** designet M*,* -nat W deo] deus R quia] a *exp.* H **4** de] ut de DVP[1]*;* et de P[2] sacrique H[1] **5** multa KS*;* multitudo V *(*D *deest)* ii R*,* hii HM *Mo,* hi *cet.* quod P[1], *corr.* P[2] **8** marcus MW*,* m̃. DPH*,* m. VKSR*; u. ind. form.* quod V[ar] nec R *(*c *del.?), hic uix recte (cf. bis* nec *§ 6), sed* nec *pro* ne *ap. Lact. ante uocalem opif. 1, 11, ante consonantem* c *inst. 2, 5, 25. 26; cf. epit. 2, 5 et Heck-Wlosok, 1996, 147 sq. cum n. 14; non huc pertinet Hofmann-Szantyr 450* **9** dixit R Gaium *scripsimus (cf. infra ad § 14* Publium*);* g. DVP*,* c. R*, om. cet.* **11** sibyllinos H *(*-byli-*)* KR*,* sibull- S[1]*,* sybill- DVPW*,* sibill- MS[2]*; scriptura uariat; abhinc nonnisi formam* sibull- *adnotamus* libros *om.* M sed] et HM appellare W **12–13** Sibyllinos . . . nomine *om.* W **12** feminae *om.* P sibullae HM*;* sibyllinae P **14** cιουc KSR*,* cυουc VP *(*D *inc.),* sic HMW ϑεουc VPR *(*D *inc.),* theus HW[ac] KS*,* theos MW[pc]

consilium non βουλήν, sed βουλίαν appellabant Aeolico ge-
21 nere sermonis. itaque Sibyllam dictam esse quasi ϑεοβούλην.
8 ceterum Sibyllas decem numero fuisse', easque omnes enume-
rauit sub auctoribus qui de singulis scriptitauerint. 'primam fu-
isse de Persis, cuius mentionem fecerit Nicanor, qui res gestas 5
Alexandri Macedonis scripsit; secundam Libyssam, cuius me-
9 minerit Euripides in Lamiae prologo; tertiam Delphida, de qua
Chrysippus loquatur in eo libro quem de diuinatione composuit;
quartam Cimmeriam in Italia, quam Naeuius in libris belli Pu-
nici, Piso in annalibus nominet; quintam Erythraeam, quam 10
Apollodorus Erythraeus adfirmet suam fuisse ciuem eamque
Grais Ilium petentibus uaticinatam et perituram esse Troiam et
Homerum mendacia scripturum; sextam Samiam, de qua scribat
Eratosthenes in antiquis annalibus Samiorum repperisse se
10 scriptum; septimam Cumanam nomine Amaltheam, quae ab 15

Auct.: **5** Nicanor] FGrHist 146 F 1 **7** Euripides] TrGF F 472 m *(olim* frg. 922 Nauck[2]*)* **8** Chrysippus] SVF II 1216 **9** Naeuius] carm. frg. 18 Morel **10** Piso] Calp. hist. frg. 41 Peter **11** Apollodorus] FGrHist 422 F 1 **14** Eratosthenes] FGrHist 241 F 26

Test.: **3** §§ 8–12] Theosoph. Sib. 1 l. 15–40 Erbse

1 βουλην DVP *(post* λ *eras.* ι*),* bουαην *(sic,* b *lat. minusc.)* R, bulen HMWKS βουλιαν D *(extat* λιαν*)* VPR *(*bουαιαν, b *lat. minusc.), quod Lact. scripsisse uid. per errorem, cum* βούλλαν *Varroni probabiliter uindicet Wachsmuth ap. Br;* bulean HMW, buletin KS **2** ita R ϑεοβουαην R, theobulen *cet. (*-bol- M*); cf. Br ad l.* **3** omnis P enumerauerit P, -auerint HM, -ari W **4** sub ... scriptitauerint *om.* H[1], *in mg. inf. suppl.* H[2] qui de] quidem P[ar] scribtitauerant, *alt.* a *ex* i, R[2] **6** Libyssam] sybillam lybis- W **6–7** cuius ... Delphida *om.* M **7** Delphida *Br cl. epit.,* -dam *codd., Mo, ft. error Lactanti in epit. sublatus?* **8** loquitur HMWK[2] R[2] **10** nominat HMWR[2] **11** affirmat HWKS*; in* R *s.l. eras.* at **12** troiam esse M **13** scribit HMWKSR *Mo* **14** se *om.* HMWR **15** amalthaeam DVPR*;* amolathe- HM

aliis Herophile uel Demophile nominetur, eamque nouem libros attulisse ad regem Tarquinium Priscum ac pro iis trecentos Philippeos postulasse regemque aspernatum pretii magnitudinem derisisse mulieris insaniam; illam in conspectu regis tres com- 22
5 bussisse ac pro reliquis idem pretium poposcisse; Tarquinium multo magis insanire mulierem putauisse; 11 quae denuo tribus aliis exustis cum in eodem pretio perseueraret, motum esse regem ac residuos trecentis aureis emisse; quorum postea numerus sit auctus, Capitolio refecto, quod ex omnibus ciuitatibus et Ita-
10 licis et Graecis praecipueque Erythris coacti adlatique sunt Romam cuiuscumque Sibyllae nomine fuerunt; 12 octauam Hellespontiam in agro Troiano natam, uico Marmesso circa oppidum Gergithium, quam scribat Heraclides Ponticus Solonis et Cyri fuisse temporibus; nonam Phrygiam, quae uaticinata sit Ancy-
15 rae; decimam Tiburtem nomine Albuneam, quae Tiburi colatur ut dea iuxta ripas amnis Anienis, cuius in gurgite simulacrum eius inuentum esse dicitur tenens in manu librum', *cuius sortes*

Auct.: **13** Heraclides] frg. 131 Wehrli

Test.: **1–11** Theosoph. Sib. 2 l. 41–70 Erbse

2 iis R, his *cet., Mo* **3** magnitudine HM, -nis DVP **4** mulieris] sibyllae R tris D *(s.l. eras.* e*)* V[ac] PR[1] **5** ac *om.* HM **6** putasse HM **7** alii P[1], *corr.* P[2] **8** ac] esse, *sed exp. m.2,* R **9** restituto HMW *ex § 14* **10** erythris H *(*-ytr-*)* W *(*-itr-*) Cardauns;* -thriis DVPR *Mo,* -triis K, eritriis S, eritreis M*;* Erythraeis *edd., Br, sed agitur de una ciuitate, non de pluribus* **11** fuerint KS **12** marmesso *(*marmerse M*) codd.; sic Lact. uel fons eius pro* Marpesso *(cf. Paus. 10, 12, 4 et codd. Tib. 2, 5, 67)* **13** scriba, ba *in ras.,* KS*;* -bit H[2] WR[2] eraclidus KS solonicus K[1] S cyrii DVP **14** temporis DVP amcyrae H *(et s.l.* anchise*)* M **15** tiburtam M tiburti, t *s.l.,* R[2] colitur WR[2] **16** antenis R*;* arieni H *(alt.* i *in ras.)* M *(*r *ex* n*)* **17** eius *om.* HM **17–p. 26, 1** cuius . . . abstulerit WKSR *tantum, ex retractatione? (cuius uestigia* W *contra* HM *nonnisi hic exhiberet); u. Heck, 1972, 177 sq.*

13 *senatus in Capitolium abstulerit.* harum omnium Sibyllarum carmina et feruntur et habentur, praeterquam Cymaeae, cuius libri a Romanis occultantur nec eos ab ullo nisi a quindecimuiris
23 inspici fas habent. et sunt singularum singuli libri; quos, quia Sibyllae nomine inscribuntur, unius esse credunt[ur], suntque 5 confusi nec discerni ac suum cuique adsignari potest nisi Erythraeae, quae et nomen suum uerum carmini inseruit et Erythraeam se nominatuiri praelocuta est, cum esset orta Babylone.
14 sed et nos confuse Sibyllam dicemus, sicubi testimoniis earum fuerit abutendum. omnes igitur hae Sibyllae unum deum prae- 10 dicant, maxime tamen Erythraea, quae celebrior inter ceteras ac nobilior habetur, siquidem Fenestella diligentissimus scriptor de quindecimuiris dicens ait 'restituto Capitolio rettulisse ad senatum Gaium Curionem consulem, ut legati Erythras mitterentur, qui carmina Sibyllae conquisita Romam deportarent; itaque 15 missos esse Publium Gabinium, Marcum Otacilium, Lucium

Epit.: 1, 6, 14 omnes . . . praedicant] *cf.* 5, 3

Auct.: **6–8** *cf.* Orac. Sib. 3, 808–813 **12–p. 27, 2** Fenest. frg. 18 Peter

Test.: **1–3** harum . . . nisi *laudat* Theosoph. Sib. 4 l. 81–83 Erbse *litt. lat. deformibus; u. Erbse ad l.*

1 capitolio R *Mo* **2** cymaeae R, -meae *cet. (s.l. add.* cumane H*),* cumeae *Theosoph.* **3** occultentur R[1]*;* -luntur DVP*;* absconduntur *et s.l. m.1* uel occultantur M eos a nullo R a *om.* W **4** quos] qui HM *edd.* **5** sybillino M scribuntur HM unius] ueluti u. HMWKS creduntur *codd., edd., corr. Br* **7** et *post* inseruit *om.* HMW **8** nominatuiri *Br (cf. ALL 2, 1885, 349–354. 3, 1886, 457),* -at uiri DVPR, -atum iri KS*;* -aturi H, -atam iri M*;* -ari W babylonie K **13** rettulisse R, retu- *cet.; u. ind. form.* **14** Gaium *scripsimus (cf. infra ad* Publium*);* g. DVP, c. HMWKS, *om.* R erytransmitterentur MK **16** Publium . . . Lucium *plene scripsimus (cf. e. g.* B *1, 2, 3. 10, 14,* G *1, 15, 30; u. et 2, 4, 31. 7, 17);* p. . . . m. . . . l. *codd., nisi quod* p̃. *et* m̃. DV *et* l. *pro* p. W otacilium DP, oeta- V, octa- HMKS, octacilicium W, oetablium, b *ex* ci*?,* R

Valerium, qui descriptos a priuatis uersus circa mille Romam deportarunt'. idem dixisse Varronem supra ostendimus. 15 in his ergo uersibus quos Romam legati attulerunt de uno deo haec sunt testimonia:

5 εἷς θεός, ὃς μόνος ἄρχει, ὑπερμεγέθης ἀγένητος.

hunc esse solum summum deum, qui caelum fecerit luminibusque distinxerit:

ἀλλὰ θεὸς μόνος εἷς πανυπέρτατος, ὃς πεποίηκεν *24*
οὐρανὸν ἠέλιόν τε καὶ ἀστέρας ἠδὲ σελήνην
10 καρποφόρον γαῖάν τε καὶ ὕδατος οἴδματα πόντου.

16 qui quoniam solus sit aedificator mundi et artifex rerum uel quibus constat uel quae in eo sunt, solum coli oportere testatur:

αὐτὸν τὸν μόνον ὄντα σέβεσθ' ἡγήτορα κόσμου,
ὃς μόνος εἰς αἰῶνα καὶ ἐξ αἰῶνος ἐτύχθη.

Epit.: 1, 6, 15–16] 5, 3 . . . 4 est

2 supra] § 11

Auct.: **5** Orac. Sib. frg. 1, 7 Geffcken = Theophil. Autol. 2, 36, 2 **8–10** Orac. Sib. frg. 3, 3–5 G. = Theophil. ibid. 7 **13–14** Orac. Sib. frg. 1, 15–16 G. = Theophil. ibid. 3 *(deinde uers. 17 laudatum, sed excidisse putat Br cl. 1, 7, 13)*

Test.: **3–10** de . . . πόντου] Theosoph. Sib. 4 l. 101–110 Erbse **5** §§ 15–16] *interpretamenta lat. his ceterisque Sibyllinis in parte codd. addita in appendice adferentur; u. p. XLIX*

Codd.: **2** *ab* his *redit* B *fol. 5 (cf. supra 1, 5, 23); hinc extant* B DV P HMᵖW KS R

1 uarlerium DVP qui *om.* D **5** ὃς] ο DVPR*;* ὃς . . . ἄρχει] ἐστιν ἄναρχος *Theosoph.* ‾‾ ‾‾αρχη P, αρχρι R, αχρι DV υπερμεινοες HMW, περμερεθc *(θc = θεός)* KS **7** distrinxerit KS **8** πεοποιμκην HMW **9** ἠέλιόν *edd. cl. Theophil.*, ηεαιον R, ηλιον BVPH *(D inc.)*, αιον M, ηαιον W, νεαιονεαιον KS **10** γεαν BDV, γηαν P*;* ταια W οιδηματα DV **11** sit] s. ita DVP **13** ὄντα] τε οντα K σεβεσενχετογρα B, σεβεσοντηεορα H *(-τηορα)* MW **14** ευτυχθη B, ευχον HMW, ειυθη KS

25 item alia Sibylla quaecumque est cum perferre se ad homines uocem dei diceret, sic ait:

μοῦνος γὰρ θεός εἰμι καὶ οὐκ ἔστιν θεὸς ἄλλος.

17 Exsequerer nunc testimonia ceterarum, nisi et haec sufficerent et illa opportunioribus locis reseruarem. sed cum defendamus 5 causam ueritatis apud eos qui aberrantes a ueritate falsis religionibus seruiunt, quod genus probationis aduersus eos magis adhibere debemus quam ut eos deorum suorum testimoniis reuincamus?

1 7. Apollo enim, quem praeter ceteros diuinum maximeque 10 fatidicum existimant, Colophone respondens, quo Delphis credo migrauerat amoenitate Asiae ductus, quaerenti cuidam, quis aut quid esset omnino deus, respondit uiginti et uno uersibus, quorum hoc principium est:

αὐτοφυὴς ἀδίδακτος ἀμήτωρ ἀστυφέλικτος, 15
οὔνομα μηδὲ λόγῳ χωρούμενος, ἐν πυρὶ ναίων,
τοῦτο θεός, μικρὰ δὲ θεοῦ μερὶς ἄγγελοι ἡμεῖς.

26 2 num quis potest suspicari de Ioue esse dictum, qui et matrem habuit et nomen? quid quod Mercurius ille Termaximus, cuius

Auct.: **3** Orac. Sib. 8, 377 **15–17** *hi uersus etiam alibi extant (u. L. Robert, CRAI 1971, 597–619); Theosoph. Tub. 13 l. 106–108 Erbse eos inter XVI ultimos adfert ex alio fonte ac Lact.;* principium *i. q. 'exordium' ut 4, 6, 5; de notione 'summa' haud recte cogitant post alios Robert 607 n. 5. 609 et Mo ad l.* **19–p. 29, 4** CH IV 106 (frg. 4 a)

1 alia] ilia D¹ cum *om.* HW ferre B **3** μουνος BR, μονος *cet.* εἰμι . . . θεὸς *om.* HMW **8** quam *om.* HM **9** reuincamus] a *in ras. (ex* i*?)* B³ **10** quem] e *in ras. m.2* B*;* quam V maximumque P¹*, corr.* P²*;* maxime HMW **11** fatidicum] deum HMW colophonem KS respondens] residens *Br contra numerum* quo] quod DVᵃʳ **12** migrauerit B **13** quid *om.* DVP **15–17** *lat. litt. in* HMW **15** μητορ D αστυαιηκτος B¹*, corr.* B³*;* ασιρετουφσακτος KS **16** τουνομα*,* τ *add. m.2,* V μητε BR *(*D *deest);* de HW*,* do M πυρος DVP ναιων R*,* νεον B¹*,* νεων B³*,* ναων KS*;* αιων DV*,* αιον P **17** δη P angelos HMW ἡμεῖς] ηως B¹*, corr.* B³ **18** quis] quid DVPM **19** quid] qui D

supra feci mentionem, non modo ἀμήτορα ut Apollo, sed ἀπά-
τορα quoque appellat deum, quod origo illi non sit aliunde?
nec enim potest ab ullo esse generatus qui ipse uniuersa gene- 3
rauit.

5 Satis ut opinor et argumentis docui et testibus confirmaui
quod per se satis clarum est, unum esse regem mundi, unum
patrem, unum dominum. sed fortasse quaerat aliquis a nobis 4
idem illud, quod apud Ciceronem quaerit Hortensius: 'si deus
unus est, quae esse beata solitudo queat'. tamquam nos quia
10 unum dicimus, desertum ac solitarium esse dicamus. habet enim
ministros, quos uocamus nuntios. et est illud uerum quod di- 5
xisse in Exhortationibus Senecam supra rettuli, 'genuisse regni
sui ministros deum'. uerum hi neque dii sunt neque deos se
uocari aut coli uolunt, quippe qui nihil faciant praeter iussum ac
15 uoluntatem dei. nec tamen illi sunt qui uulgo coluntur, quorum
et exiguus et certus est numerus. quodsi cultores deorum eos 6
ipsos colere se putant, quos summi dei ministros appellamus,
nihil est quod nobis faciant inuidiam, qui unum deum dicamus,
multos negemus. si eos multitudo delectat, non duodecim 7
20 dicimus aut 'trecentos sexaginta quinque' ut Orpheus, sed

1 supra] 1, 6, 2–5 **12** supra] 1, 5, 27

Auct.: **8–9** Cic. Hortens. frg. 62 Straume-Zimmermann = 47 Grilli = phil. frg. V 40 Müller *(potius interrogatio recta quam obliqua)* **20** Orpheus] Theophil. Autol. 3, 2, 2 *(cf. Orph. ed. Kern p. 255 sq.)*

1 fecimus B apator HMW **2** quoque] quo P[1], *corr.* P[2] illi *s.l.* K **3** generauerit HMWKS **5** et *post* opinor *om.* B et testibus confirmaui *in mg.* H[2] **6** unum patrem *om.* KS **7** dominum] deum BP sed] et HMW a *s.l.* P **9** solituq; | eat *sic* R[1] queat. tamquam] quaeat t. DVM*;* quae actam q- H[1]*;* quae aliam q- W quia] qui HMW **12** exortationibus MK[1] S, exorat- H rettuli B[3] V[pc] HKSR, retu- B[1] PD[pc] MW, rectu- D[ac] V[ac]*; u. ind. form.* **13** hii HMWR **14** ac] aut V[ac]*;* et HMW **18** quod] in q. HMKS*;* in quo W dicamus deum P **19** multos] si m. HMW negamus D **20** trecentis aut sexaginta M

innumerabiles esse. arguimus errores eorum in diuersum, qui tam paucos putant. sciant tamen quo nomine appellari debeant, *27* ne uiolent uerum deum, cuius nomen exponunt, dum pluribus 8 tribuunt. credant Apollini suo, qui eodem illo responso ut Ioui principatum, sic etiam ceteris diis abstulit nomen. tertius enim 5 uersus ostendit ministros dei non deos, uerum angelos appellari 9 oportere. de se quidem ille mentitus est, qui cum sit e numero daemonum, angelis se dei adgregauit. denique in aliis responsis daemonem se esse confessus est. nam cum interrogaretur quomodo sibi supplicari uellet, ita respondit: 10

πάνσοφε παντοδίδακτε πολύστροφε κέκλυθι δαῖμον.

item rursus cum precem in Apollinem Sminthium rogatus expromeret, ab hoc uersu exorsus est:

ἁρμονίη κόσμοιο, φαεσφόρε, πάνσοφε δαῖμον.

10 quid ergo superest nisi ut sua confessione uerberibus dei ueri ac 15 poenae subiaceat sempiternae? nam et in alio responso ita dixit:

δαίμονες οἳ φοιτῶσι περὶ χθόνα καὶ περὶ πόντον
ἀκαμάτου δάμνονται ὑπαὶ μάστιγι θεοῖο.

Auct.: **5–7** *cf. § 1* **11–18** *hi uersus alibi non extant; similia adfert Mo ad l.*

2 sciant *om.* HMW **4** apolloni B[1] *(corr.* B[3]*)* DV *(*-pp-*)* P[ac] M **7** oportere] o. debere BR *ex § 7* debeant *ad* ille *s.l.* apollo V **8** dei *om.* W denique] de quibusdam HMW **10** supplicare M*;* supputari KS **11** πολύστροφε . . . δαῖμον *in* B *euan.* κλυθι V*,* καυθι D*,* καιτι P δαῖμον] αχιον H*,* αων M*,* ναων W **12** sminthiuum DVP exprimeret KS **14** κοcμουc *(*υ *inc.)* B*,* -μου P*,* -μοι DV*;* κοcωειν HMW φαεcφαεορε DV*,* φαεcοαεφρη P δαῖμον] αεων HMW **16** subiaceant BKSR *(*n *exp.)* sempiternam DV et *s.l.* P*, om.* DV *Br (in addendis)* **17** δαιμοναιc DVP οἳ *om.* KS χθονει DV[1] χθόνα . . . περὶ *om.* HMW **18** ακαματοι DV*;* -τῳ *coni. Br cl. interpr.* intolerabilibus . . . flagellis *in* KS δαμνῶνται *Br dubitanter; cf. Schwyzer, Griech. Gramm. I 693* υπαι DV[1] R*,* υπο BV[2] KS*,* υπη P*,* υπα HMW μαcτιγιc DV[ar] P θεου P*;* θεοι HMWKS

de utrisque generibus in secundo libro disseremus. nunc interim 11 *28*
nobis satis est quod, dum honorare se uult et in caelo collocare,
confessus est, id quod res habet, quomodo sint appellandi qui
deo semper adsistunt. retrahant ergo se homines ab erroribus et 12
5 abiectis religionibus prauis parentem suum dominumque co-
gnoscant, cuius nec uirtus aestimari potest nec magnitudo per-
spici nec principium comprehendi. cum ad illum mentis huma-
nae intentio et acumen et memoria peruenerit, quasi subductis et
consumptis omnibus uiis subsistit haeret deficit nec est aliquid
10 ulterius quo progredi possit. uerum quia fieri non potest, quin 13
id quod sit aliquando esse coeperit, consequens est ut, quoniam
nihil ante illum fuit, ipse ante omnia ex se ipso sit procreatus,
ideoque ab Apolline αὐτοφυής, a Sibylla αὐτογενής et ἀγένη-
τος et ἀποίητος nominatur. quod Seneca homo acutus in Ex-
15 hortationibus uidit. 'nos' inquit 'aliunde pendemus. itaque ad

1 in secundo libro] 2, 14–16

Auct.: **13** Apolline] *supra § 1 uers. 1* Sibylla] *supra 1, 6, 15–16, ubi* ἀγένητος *tantum extat; unde Br coni. 1, 6, 16 excidisse Orac. Sib. frg. 1, 17, ubi pro* ἀγένητος *legendum putat* ἀποίητος*; cf. et Mo ad l.* **15–p. 32, 2** Sen. frg. 15 Haase*; cf. Lausberg, 1970, 93–95*

Test.: **12** ipse . . . se ipso] *cf.* Zeno 1, 7, 3

1 de . . . disseremus *om.* BHMWKSR *Mo; cf. Heck, 1972, 199* nunc *om.* DVP **2** sat B *(ex* satis *m.1 uel 2)* VP *(*D *deest)* quod] quo P[1]*, corr.* P[2] dum . . . uult *in ras.* V[2] et] atque R **3** habeat *ut uid.* V[1] quomodo] et q. B qui] hi qui KS **4** retrahent B[1]*, corr.* B[3] se ergo M se *s.l.* P **6** extimari B[ac] **8** quasi] quae si DVP **9** consummatis DVP*,* -sumtis R uiis] suis HMW subsistit *om.* M*;* substitit R[1] aliquid] aliud B *(*-ut*)* R *Mo* **10** quo] quod R quin] qui in DV **11** sit] fit M est] et B[1]*, corr.* B[2] quoniam] quo P[1]*, corr.* P[2] **12** illum] ipsum B ante] autem a. M se *s.l.* P **13** ideoque] deoque R[1]*,* deo qui R[2] *(sup.* o *eras.* us*)* autosphoes HMW a Sibylla *om.* P*,* a sibulla HMW*;* et a sib- KS **13–14** *primum* et *om.* PHMWR*; pro altero* και PKS **15** ad] ab V[1]

aliquem respicimus, cui quod est optimum in nobis debeamus. alius nos edidit, alius instruxit; deus ipse se fecit.'

29 1 8. His igitur tot ac tantis testibus comprobatur unius dei potestate ac prouidentia mundum gubernari. 'cuius uim maiestatemque tantam esse' dicit in Timaeo Plato, 'ut eam neque 5 mente concipere neque uerbis enarrare quisquam possit ob ni-
2 miam et inaestimabilem potestatem'. dubitet uero aliquis an quidquam difficile aut impossibile sit deo, qui tanta tamque mirifica opera prouidentia excogitauit, uirtute constituit, ratione perfecit, nunc autem spiritu sustentet, potestate moderetur, inex- 10
3 cogitabilis ineffabilis et nulli alii satis notus quam sibi? unde mihi de tanta maiestate saepius cogitanti qui deos colunt interdum uideri solent tam caeci, tam incogitabiles, tam excordes, tam non multum a mutis animalibus differentes, qui credant eos qui geniti sint maris ac feminae coitu aliquid maiestatis diui- 15 naeque uirtutis habere potuisse, cum Sibylla Erythraea dicat:

οὐ δύνατ' ἀνδρὸς
ἐκ μηρῶν μήτρας τε θεὸς τετυπωμένος εἶναι.

Epit.: 1, 8, 1–8] 6, 1 – 7, 1 1, 8, 1] 6, 1 3 . . . potuisse] *cf.* 6, 2 . . . deos esse

Auct.: **4–7** Plato Tim. 28 c*; cf.* Min. Fel. 19, 14 *(aliter Cic. nat. deor. 1, 30) et supra 1, 5, 23; u. et Wlosok, 1960, 253–256* **17–18** Orac. Sib. frg. 3, 1 sq. Geffcken = Theophil. Autol. 2, 36, 7

1 in] id HMW nobis] n. animam B debemus HMW **2** se *om.* HMWKS **3** ac tantis] tantisque B **4** mundum *om.* KS **5** tantam] tam V[ac] ea HM **6** mentem DVPK[ac] **7** uero] ergo W an] a H[ac]*;* ac M[ac] **8** tanta tamque] tantamque D[ac] VP[ac]*;* tanta tam M **9** opera *om.* W **10** spiritus DVP[ac] sustentet] s. et HMWKS **11** ineffabilis *om.* HMW **12** maiestate] potest- V cogitaui KS **13** tam *post* caeci] quam V[1] **14** a *om.* VP *(*D *inc.)* mutis *om.* M **15** sunt HMWK diuinae HMW **16** dicit B **17–18** *lat. litt. in* HMW*, e. g.* οὐ . . . ἐκ] udyneandynae HM *(*-nę*),* udineandi W*; abhinc Graeca ex* HM *noniam notabimus; u. p. XLIX n. 157* **17** ἀνδρὸς *om.* R **18** μερων BP μήτρας *om.* R τε θεὸς *om.* B*;* ο θεος R

quod si est uerum, sicuti est, apparet Herculem Apollinem Li- 4
berum Mercurium Iouemque ipsum cum ceteris homines fuisse, *30*
quoniam sunt ex duobus sexibus nati. quid est autem a deo tam 5
remotum quam id opus, quod ipse ad propagandam subolem
5 mortalibus tribuit et quod sine substantia corporali nullum potest
esse? dii ergo si sunt immortales et aeterni, quid opus est altero
sexu? nimirum ut generent. ipsa progenie quid opus est, cum
successione non egeant qui semper sunt futuri? nam profecto 6
in hominibus ceterisque animantibus diuersitas sexus et coitio et
10 generatio nullam habet aliam rationem nisi ut omnia genera ui-
uentium, quoniam sunt condicione mortalitatis obitura, mutua
possint successione seruari, deo autem, qui est sempiternus, ne-
que alter sexus neque successio necessaria est. dicet aliquis: ut 7
habeat uel ministros uel in quos possit ipse dominari. quid igitur
15 sexu opus est feminino, cum deus, qui est omnipotens ut uoca-
tur, sine usu et opera feminae possit filios procreare? nam si 8
quibusdam minutis animalibus id praestitit, ut sibi 'e foliis na-
tos, e suauibus herbis ore legant', cur existimet aliquis ipsum

Epit.: 1, 8, 4 homines . . . nati] *cf.* 6, 4 . . . fuerunt 5–6] 6, 2–3

Auct.: **17–18** Verg. georg. 4, 200 sq.

1 liberium B[ac] **2** ipsumque iouem HMW*;* ipsum quoque io- KS ipsum] sum B[ac] **3** ex *om.* B autem a deo *s.l.* M **4** remotam B[ac] id opus] ad o. D*;* corpus HMW propagandum P sobolem DVPMWS*; u. ind. form.* **5** sino P[1], *corr. m. rec.* **6** diis DV *(ex* deis*)* PKS *(ex* dii*)* sunt] s. dii DVP et *om.* DVP quod V[ac] **6–7** altero . . . opus est *om.* B[1], sexu *(hoc iam m.1 ut uid.)* altero hs· *s.l.,* hd nimirum . . . opus est *in mg. sup.* B[3] **6** sexu altero KS **7** ipse K quod V[ac] **9** in omnibus KS animalibus R **10** habeat R aliam habet W rationem] genera- KS **11** condicioni R[ac]*;* -em *coni. Br, sed cf. St 226* **12** concessione D seruare M **13** dicit HMWKS **14** habeant KS donari M quid igitur] quidicitur R **15** femineo WKS qui] si quis HMW omnia potens B ut uocatur *om.* B **16** feminina *ut uid.* P[1], *corr.* P[2]*;* femininae M **18** e *post* natos] et R[2] *solus (ut codd. Verg. inde a saec. IX), edd., Br ex errore, inde Mo*

deum nisi ex permixtione sexus alterius non posse generare? illos igitur quos imperiti et insipientes tamquam deos et nuncupant et adorant, nemo est tam inconsideratus, quin intellegat fuisse mortales. – quomodo ergo, inquiet aliquis, dii crediti sunt? – nimirum quia reges maximi ac potentissimi fuerunt, ob 5
31 merita uirtutum suarum aut munerum aut artium repertarum, cum cari fuissent his quibus imperitauerant, in memoriam sunt consecrati. quod si quis dubitat, res eorum gestas et facta consideret, quae uniuersa tam poetae quam historici ueteres prodiderunt. 10

1 9. Hercules, qui ob uirtutem clarissimus et quasi Africanus inter deos habetur, nonne orbem terrae, quem peragrasse ac purgasse narratur, stupris adulteriis libidinibus inquinauit? nec mirum, cum esset adulterio genitus Alcimenae. quid tandem potuit in eo esse diuini, qui suis ipse uitiis mancipatus et mares et 15 feminas contra omnes leges infamia flagitio dedecore adfecit?
2 sed ne illa quidem quae magna et mirabilia gessit talia iudicanda

Epit.: 1, 8, 8 illos . . . prodiderunt] 6, 6 – 7, 1   1, 9, 1 – 10, 9] 7, 2 – 8, 5 *(de Hercule nonnulla aliter)*   1, 9, 1 nonne . . . adfecit] 7, 3 *inuerso ordine*   2] *cf.* 7, 5 sic . . . credatur

Auct.: **11** Africanus] *cf. 1, 18, 11–13*

2 igitur] ergo W   **3** quin] qui V[1]*;* qui non DHMW   intellegant B *(alt.* n *in ras. m.3)* H   **4** ergo] igitur W   inquiei *(sic)* R[1], inquit R[2]   creati R   **5** ob] *in ras. m.3* B   **6** numerum VW[ac]   **7** kari R*; u. ind. form.*   hi H[1] M, iis *edd.*   imperauerant R   sunt consecrati sunt R[1], *pr.* sunt *exp.* R[2]   **8** quod *om.* R   res dubitet *(sic)* P   **9** quae *om.* R   uniuersi BR   tam] tamquam M   quam] tam HM   **11** herculis, i *ex* e*? m.3,* B   **12** ac purgasse *in mg.* K   spurcasse, *pr.* s *s.l.,* c *ex* g, D[2]   **13** stupris et adulteriis HMW   libidinibus] et l. W   **14** Alcimenae *Br cl. epit. 7, 3,* algmenae B *(*g *uncialis ex* ci *orta uid.),* alcmenae DV *(*c *et alt.* a *exp.)* PK *(post* c *s.l. eras.* i*)* S *Mo,* alcimene. ne HW, alcime*, deinde fere 3 litt. eras.,* M, almenae R   quid] d *s.l.* V   **16** omnis DV flagitioso M   **17** magna] et m. KS   et *om.* P   talia] ut uultis t. HMW

sunt, ut uirtutibus diuinis tribuenda uideantur. quid enim tam magnificum, si leonem aprumque superauit, si aues deiecit sagittis, si regium stabulum egessit, si uiraginem uicit cingulumque detraxit, si equos feroces cum domino interemit? opera sunt
5 ista fortis uiri, hominis tamen. 3 illa enim quae uicit fragilia et mortalia fuerunt. ‘nulla est enim’ quod ait orator ‘tanta uis, quae non ferro ac uiribus debilitari frangique possit. 4 animum uincere, iracundiam cohibere’ fortissimi est – quae ille nec fecit umquam nec potuit –; ‘haec qui faciat, non ego eum cum sum-
10 mis uiris comparo, sed simillimum deo iudico’. uellem adiecisset de libidine luxuria cupiditate insolentia, ut uirtutem eius impleret, quem deo similem iudicabat. 5 *32* non enim fortior putandus est qui leonem quam qui uiolentam et in se ipso inclusam feram superat, iracundiam, aut qui rapacissimas uolucres deicit quam
15 qui cupiditates auidissimas coercet, aut qui amazonem bellatricem quam qui libidinem uincit pudoris ac famae debellatricem, aut qui fimum stabulo quam qui uitia de corde suo egerit, quae magis sunt perniciosa, quia domestica et propria mala sunt,

Auct.: **6–10** Cic. Marcell. 8

Test.: **12–15** *cf.* Ps. Sen. mor. 81. mon. 65

1 uideantur *om.* KS **2** disiecit B **3** uirginem DVP*;* uorag- W cingulamque B^ac*;* -lum W **4** interemiret *ut uid.* D^1, -emerit D^2 **5** hominum HMW et *ex* ac*?* W **7** non *om., sed ante* possit *s.l.* B ac] et *codd. Cic.* frangitque R^ac **8** prohibere DVM **9** faciat] a *s.l.* P non] n. modo DVP **10** iudico] o *in ras. ex* abo*?* P*;* iudicabo V *(*D *inc.)* uelle H^1 M **11** uirtutes HMW **12** non] num *ex* non R^2 **13** uiolentam BP^pc R, uolentiam D^ac VP^ac, uiolentiam D^pc HMWKS et . . . se] in semet B ferat K **14** deiecit BD *(inc.)* VPHMW *Br; cf. Heck, 1972, 175 n. 26* **15** coercet] -ohe- BP^ar VW *(*D *inc.);* -eat HMW amazonam V^ac HMW **15–16** bellatricem . . . uincit] b. u. q. q. l. R **16** uicit HMW ac *s.l.* B^3*;* aut VP *(*D *inc.)* **17** stabulo] de s. P *(*de *s.l. m.3?), recc., edd., Br; trad. def. St 226, Mo;* stabulum HM *post* qui *eras.* a*?* B

6 quam illa quae et uitari poterant et caueri. ex quo fit, ut ille solus uir fortis debeat iudicari, qui temperans et moderatus et iustus est. quodsi cogitet aliquis quae sint dei opera, iam haec omnia quae mirantur homines ineptissimi ridicula iudicabit. illa enim non diuinis uirtutibus, quas ignorant, sed infirmitate su- 5
7 arum uirium metiuntur. nam illud quidem nemo negauit, Herculem non Eurystheo tantum seruisse regi, quod aliquatenus honestum uideri potest, sed etiam impudicae mulieri Omphalae, quae illum uestibus suis indutum sedere ad pedes suos iubebat pensa facientem. detestabilis turpitudo! sed tanti erat uoluptas. 10
8 Quid tu? inquiet aliquis, poetisne credendum putas? – quidni putem? non enim Lucilius ista narrat aut Lucianus, qui diis et hominibus non pepercit, sed ii potissimum, qui deorum laudes
33 9 canebant. quibus igitur credemus, si fidem laudantibus non habemus? qui hos mentiri putat, proferat alios quibus credamus 15 auctores, qui nos doceant qui sint isti dii, quomodo, unde orti, quae sit uis eorum, qui numerus, quae potestas, quid in his admirabile, quid cultu dignum, quod denique certius ueriusque

Epit.: 1, 9, 7] 7, 4 . . . accepit

Codd.: **11** *in* quinni putem *desinit* M[p] *pagina non expleta; ab eodem* quinni putem *fol. 9[r] incipit* M*; hinc extant* B DV P HMW KS R

1 poterit H[1] M, poterĩt H[2], poterint KS*;* possunt W ex] et D **2–3** et . . . est] est et i. DV *(in ras. m.2)* PW *contra numerum* **3** quodsi cogitet] quodsi co *in ras. m.2* V **4** hominis M iudicauit B[1], *corr.* B[2] illi M **5** sed *om.* R[1] **6** mentiuntur B[ar] HW nemo *in mg.* P[2] negabit HWS **8** mulieris B[ar] omphalam V *(*D *deest)* **9** iubeat K[ac] S **10** faciebat R detestabili K[1] S[1] **11–12** quinni putem HM*;* quid inpu- KS **12** lucius BM[ac] narrauit HMWKS lucilianus, li *s.l. m.2,* P **13** ii *Br,* hii BHMWR *Mo,* hi VPKS *(*D *deest)* potissimum] t *in ras. post 3 litt. eras.* B qui deorum] qui eo-, i *in ras.,* H*;* quod eo- M deorum laude D[1], laudes *(*s *s.l.)* d. P **15** habentur *ut uid.* W putant HMW proferant H *(˜ m.2)* W **16** *post* quomodo *s.l. m.2?* uel R **17** his *codd., Mo,* iis *edd.* **18** quid *ex* qua *aut* qui *m.1 ut uid.* V

mysterium. nullos dabit. credamus igitur istis, qui non ut re- 10
prehenderent sunt locuti, sed ut praedicarent. nauigauit ergo
cum Argonautis expugnauitque Troiam iratus Laomedonti ob
negatam sibi pro filiae salute mercedem. unde quo tempore fue-
5 rit apparet. idem furore atque insania percitus uxorem suam cum
liberis interemit. hunc homines deum putant! sed Philocteta 11
heres eius non putauit, qui facem supposuit arsuro, qui artus eius
ac neruos cremari ac diffluere uidit, qui ossa eius et cineres in
Oetaeo monte sepeliuit, pro quo munere sagittas eius accepit.
10 10. Aesculapius et ipse non sine flagitio Apollinis natus quid 1
fecit aliud diuinis honoribus dignum nisi quod sanauit Hippo-
lytum? mortem sane habuit clariorem, quod a deo meruit ful-
minari. hunc Tarquitius de inlustribus uiris disserens ait 'in- 2
certis parentibus natum, expositum et a uenatoribus inuentum,
15 canino lacte nutritum, Chironi traditum didicisse medicinam;
fuisse autem Messenium, sed Epidauri moratum'. Tullius etiam
'Cynosuris' ait 'sepultum'. quid Apollo pater eius? nonne ob 3 *34*
amorem, quo flagrabat, turpissime gregem pauit alienum – et

Epit.: 1, 9, 10 nauigauit . . . apparet] 7, 2 10 idem . . . interemit] 7, 4 idem . . . trucidauit 11] *aliter* 7, 5 1, 10, 1–3] 8, 1–2

Auct.: **13** Tarquitius] *cf. Kroll, RE IV A 2392* **16** Cic. nat. deor. 3, 57 **17–p. 38, 3** *cf.* Tert. apol. 14, 4. Min. Fel. 23, 5 *et Heck, 1993, 401*

Codd.: **10** *abhinc noniam adfertur* W*; extant* B DV P HM KS R

3 argonatis DVP^{ac} **4** sibi pro filiae] filiam s. uel *(s.l. m.2)* p. filiae R fuit W **5** idem] ille HMW furorem H^{ar} M^{ar} **6** putent deum P philoctecta H *(-taec-)* M, filotecta R **7** heres eius] heresius DP^{1} *(corr.* P^{2}*)*, heresuis V putabit R^{ac} qui] i *sup. eras.* a*?* B faciem V *(*D *inc.)* M **9** sepelliuit B^{ac} H^{ac} R^{ac}*; u. ind. form.* sagittis K^{1} S **10** sine *om.* M **13** tarquinius*,* n *ex* t *uel* c*,* B^{3} **14** natum *s.l.* B^{3} **16** autem *om.* KS mortuum HM **17** quid] quod B^{ac} **18** fraglabat B^{1} *(corr. m.3)* HM*;* flagrauit KS*;* fradabat R^{1}*;* fraudabatur R^{2} *ante* gregem *in ras. add. (m.1 ut uid.)* admeti B

muros Laomedonti extruxit Neptunus mercede conductus, quae illi negari potuit impune, ab eoque primo rex perfidus quidquid cum diis pepigisset didicit abnegare –? idem formosum puerum
4 et dum amat, uiolauit et dum ludit, occidit. homicida Mars et per gratiam caedis crimine ab Atheniensibus liberatus, ne ui- 5
deretur nimis ferus et immanis, adulterium cum Venere com-
5 misit. Castor et Pollux dum alienas sponsas rapiunt, esse gemini desierunt. nam dolore iniuriae concitatus Idas alterum gladio transuerberauit. et eosdem poetae alternis uiuere, alternis mori narrant, ut iam sint non deorum tantum, sed omnium mor- 10
6 talium miserrimi, quibus semel mori non licet. hos tamen Homerus ambos simpliciter, non ut poetae solent, mortuos esse testatur. nam cum faceret in muris adsidentem Priamo Helenam cunctos Graeciae principes recognoscere, solos autem se fratres suos requirere, subiecit orationi eius huiusmodi uersum: 15

‘haec ait, ast illos retinebat terra sepultos.’

35 7 fur ac nebulo Mercurius quid ad famam sui reliquit nisi memoriam fraudum suarum? caelo scilicet dignus, quia palaestram

Epit.: 1, 10, 4–6] 8, 3 7] 8, 4

Auct.: **16** Hom. Il. 3, 243*; cf.* Cic. nat. deor. 3, 11

1 instruxit HM neptunus *om.* DVP[1] *Br, Mo, def. Heck, 1993, 397–409 neglegentiam auctoris ratus;* cum neptuno P[2] *recc., edd.* quam B **2** negare V negari potuit] negauit *ex* negarit B **3** dicit M idem *sc.* Apollo*; cf. Heck l. c. 408 sq. et 2, 4, 31* idem *sc.* Tullius *§ 27 sq.* formonsum B D[ac] V[ac] H[ac] M[ac] *Br; u. ind. form.* **4** mars *in ras. fere 8 litt.* B **6** minis H **7** kastor B*; u. ind. form.* **8** dolore] labore DVP iniuriae *om.* HM **9** uerberauit D **10** tantum] nati R sed] sed et HMKS **11** miserrime K[ac] quiis, *alt.* i *s.l.,* B[1], *corr.* B[3] licuit M **13** in *om.* HM adsidente HM **14** cunctos] nc *in ras. fere 3 litt. (*mis*?)* B[3] recognosceret BM[2] solus B[1] *(corr. m.2)* KS se *om.* KS **15** suos] ter s., ter *exp. m.2,* D huiusmodi] modi HMKS uersu HM **16** haec] sic HM **17** quid] qui H[1] memoria M **18** fraudium, i *ex* u, R scilicet] licet*, antea 1 litt. eras.,* M

docuit et lyram primus inuenit. Liberum patrem necesse est in senatu deorum summae auctoritatis primaeque esse sententiae, quia praeter Iouem solus omnium triumphauit, exercitum duxit, Indos debellauit. sed inuictus ille imperator Indicus maximus ab amore ac libidine turpissime uictus est. delatus enim Cretam 'cum semiuiro comitatu' nactus est impudicam mulierem in litore ac fiducia uictoriae Indicae uir esse uoluit, ne nimium mollis uideretur, atque illam patris proditricem, fratris interemptricem ab alio relictam et repudiatam in coniugium sibi uindicauit ac Liberam fecit et cum ea pariter ascendit in caelum. quid horum omnium pater Iuppiter, qui in sollemni precatione Optimus Maximus nominatur? nonne a prima sua pueritia impius ac paene parricida deprehenditur, cum patrem regno expulit ac fugauit nec expectauit mortem decrepiti senis cupiditate regnandi? et cum paternum solium per uim, per arma cepisset, bello est a Titanibus lacessitus, quod humano generi principium fuit malorum. quibus uictis et pace in perpetuum comparata reliquam suam uitam in stupris adulteriisque consumpsit. omitto uirgines

Epit.: 1, 10, 8–9] 8, 5 1, 10, 10 – 11, 16 *passim*] 10, 1–4 1, 10, 10–12] 10, 1–2

Auct.: **6** Verg. Aen. 4, 215

2 senatum B sententia H[ac] M **3** quia praeter] qui aperte, *deinde 1 litt. eras.,* D exercitus B[1], *corr.* B[2] **4** uictus B[1], *corr.* B[2] ab] ob HM **5** amorem HM ac] *deinde 2 litt. eras.* B; atque H (ad-) MKS libidinem HM **6** comitatus H[ar] M nanctus D[ar] V P[ar] H[ac] M, *Br; u. ind. form.* est *om.* B **6–7** litori adrianen ac fiduciae B[1], litore ariadnen hac fiducia B[2] **7** fidutiae M **9** repudiatam] at *in ras. m.3* B coniugio KS **10** ac] et HM liberam] be *exp.* D eam B ęscendit K, esc- R[ac], *St 226; u. ind. form.* in] ad HMKS caelos KS **11** pater omnium KS pater *om.* HM **12** prima *om.* B **13** paene] prope B **15** coepisset DVPM, cęp- KS **16** humani HM (i *ex* o) malorum fuit R **17** et] ac R pacem H[ac] M comparata *in mg.* V[2] **18** in stupris *om.* KS adulteriisque] que *eras.* S consumsit B; -mtis R[1]

quas imminuit; id enim tolerabile iudicari solet. Amphitryonem ac Tyndarum praeterire non possum, quorum domos dedecore
36 12 atque infamia plenissimas reddidit. illud uero summae impietatis ac sceleris, quod regium puerum rapuit ad stuprum. parum enim uidebatur, si in expugnanda feminarum pudicitia maculosus esset ac turpis, nisi etiam sexui suo faceret iniuriam. hoc est
13 uerum adulterium, quod fit contra naturam. haec qui facit, uiderimus an Maximus, certe Optimus non est; quod nomen a corruptoribus, ab adulteris, ab incestis abest, nisi forte nos erramus homines, qui talia facientes sceleratos uocamus ac per-
14 ditos omnibusque poenis dignissimos iudicamus. stultus autem Marcus Tullius, qui Gaio Verri adulteria obiecit – eadem enim Iuppiter quem colebat admisit –, qui Publio Clodio sororis incestum – at illi Optimo Maximo eadem fuit 'et soror et coniunx'.

1 11. Quis est igitur tam excors qui hunc regnare in caelo putet, qui ne in terra quidem debuit? non insulse quidam poeta triumphum Cupidinis scripsit, quo in libro non modo potentis-
2 simum deorum Cupidinem, sed etiam uictorem facit. enumeratis enim amoribus singulorum, quibus in potestatem Cupidinis

Epit.: 1, 10, 13] 10, 4

Auct.: **12** Cic. Verr. II 1, 62–69. *al.* **13–14** Cic. dom. 92. *al.* **14** Verg. Aen. 1, 47. Ou. met. 3, 266 **17–p. 41, 2** Carm. inc. 82 Blänsdorf (p. 159 Morel)

2 tyndarum] t *s.l.* V*;* pind- H *(*py-*)* M domus BKS **3** atque] et B infamiam K plenissima D[1] **5** uidebatur] ur *s.l.* M **6** est B[1]*, corr.* B[3] nisi *in mg.* V[2] *(*D *deest)* **8** an] n *s.l.* DH *(m.2); post* certe *s.l. repet.* M[2] certe optimus *om.* KS non est] sit HM **9** ab *ante* adulteris] ad P[ac] adulteriis B[ar] D[ac] V incestibus B[ar] nisi] si *s.l. m.2* H **10** qui *eras., ante* homines *s.l. m.2,* M **11** dignos B **12** marcus B*,* m̃. VP *(*D *deest),* m. HMKSR gaio B*,* g. DVPR*,* c. HMKS **13** publio B*,* p̃. DVP*,* p. HMKSR *post* incaestum *s.l.* intulit R[2] **14** at] ad B[ac] coniux DVP[ac] HMKS*; u. ind. form.* **16** putent H[ar] M[ar] non *s.l.* B[3] *post* poeta *s.l.* post B[3] **18** numeratis R **19** amoribus] a *exp.* D[2] in *s.l.* H[2]

dicionemque uenissent, instruit pompam, in qua Iuppiter cum ceteris diis ante currum triumphantis ducitur catenatus. eleganter id quidem a poeta figuratum, sed tamen non multum distat a uero. 3 qui enim uirtutis est expers, qui cupiditate ac libidinibus
5 malis uincitur, non Cupidini ut ille finxit, sed morti subiectus est sempiternae. 4 sed omittamus de moribus dicere, rem consideremus, ut intellegant homines, in quibus miseri uersentur erro- 37 ribus. 5 regnare in caelo Iouem uulgus existimat; id et doctis pariter et indoctis persuasum est, quod et religio ipsa et preca-
10 tiones et hymni et delubra et simulacra demonstrant. 6 eundem tamen Saturno et Rhea genitum confitentur. quomodo potest deus uideri aut, ut ait poeta, 'hominum rerumque repertor', ante cuius ortum infinita hominum milia fuerunt? eorum scilicet, qui Saturno regnante uixerunt et priores luce quam Iuppiter sunt
15 potiti. 7 uideo alium deum regem fuisse primis temporibus, alium consequentibus. potest ergo fieri, ut alius postea sit futurus. si enim prius regnum mutatum est, cur desperemus etiam posterius posse mutari? nisi forte Saturnus generare potuit fortiorem, Iuppiter non potest. 8 atquin diuinum imperium aut sem-
20 per immutabile est aut si est mutabile, quod fieri non potest, semper utique mutabile est. potest ergo Iuppiter regnum amit-

Auct.: **8–9** regnare . . . est] *cf.* Cic. rep. 1, 56. Hor. carm. 3, 5, 1 sq. **12** Verg. Aen. 12, 829

1 instruxit HM **2** dicitur R **3** destat, e *ex* i *m.2,* B **5** cupidiniutile, *tert.* i *s.l. m.1,* K; -dine u. i. R[ac] est *om.* H **6** amoribus HM rem *om.* DP[1], *s.l.* P[2]; re V[1], *corr. m. rec.* **7** uersantur V[1] *(*D *inc.)* **11** Rhea genitum] ope natum HMKS *ex § 27* **12** *post* aut *s.l. add.* credi B[2] ut *s.l.* H; *post* ut *fere 2 litt. eras.* B **13** ortum] m *in ras. m.3* B ortum . . . scilicet] ortum inlicet *(*n *exp.) tantum* R hominum infinita B **14** lucem M **16** sit postea DVP **17** prius *s.l.* P **19** potest] potuit HMKS atqui D[2] *(*n *exp.)* H *(*n *eras.)* KS **20** est aut] est sicuti est aut B *post* immutabile est *ft. eadem, sed spatio fere 2 litt. ampliore eras.,* aut si est mutabile *om.* P

9 tere, sicut pater eius amisit? ita plane. nam cum idem neque uirginibus neque maritatis umquam pepercisset, abstinuit se tamen una Thetide, quod responsum fuit maiorem patre suo fu-
10 turum quisquis ex illa natus esset. primum imprudentia in eo non dei, cui nisi Themis futura dixisset, ipse nesciret; si autem 5 diuinus non sit, ne deus quidem sit, unde ipsa diuinitas nomi-
11 natur, ut ab homine humanitas; deinde conscientia imbecillitatis, qui timuit utique maiorem. quod qui facit, scit profecto
38 non esse se maximum, quandoquidem potest aliquid maius exis-
12 tere. idem per Stygiam paludem sanctissime iurat, 10

'una superstitio superis quae reddita diuis'.

quae ista superstitio est aut a quo reddita? est ergo aliqua potestas maxima quae peierantes deos puniat? quae tanta formido est paludis infernae, si sunt immortales? quid metuant eam,
13 quam uisuri non sunt nisi quos mori necesse est? quid igitur 15 homines oculos suos in caelum tollant? quid per superos deie-

Epit.: 1, 11, 9] 10, 2 quid . . . 3 futurus esset 11] *cf.* 10, 3 sciebat . . . 4 minoris 13] *cf.* 10, 4 maiorem . . . minoris

Auct.: **11** Verg. Aen. 12, 817

2 se] sed DVK^{ar} S **3** una] ut a HM thetida DV*,* -dae R morem P[1]*, corr.* P[2]*;* maiore M patrem H^{ar} suo *om.* HM **4** esset] e. et P *(s.l. m.1?)* HM *edd., Br,* esseet K*;* et *om. Mo recte, quia* et primum *ap. Lact. nonnisi hic; cf. 1, 12, 2. 2, 11, 4–5. al.* prudentia B *(antea eras.* in*?)* P[2] *(*in *exp.)* **5** nisi cui*, ord. lineolis rest.,* B*;* cui *om.* H nisi] nihil DVP Themis] m *in ras.* B[2]*;* themnes HM*,* -mnis S aut S **6** ipsa *om.* B **8** profecto scit HMKS **9** non *s.l.* B[2] se *om.* P *post* existere *add.* ideo *(add. m.2)* nec optimus nec maximus B **11** una] uana*, pr.* a *s.l.,* H*; cf. 4, 28, 15* superisque B[1] *(corr.* B[3]*)* H *(post* qu *eras.* a*)* diuinis*, antea s.l. m.2* est*,* R **13** peierantes D^{pc} V^{ac} P[2] HMR[2]*,* -tis D^{ac} V^{pc} P[1] KSR[1]*, ft. recte;* perierantes B*; cf. Heck-Wlosok ad epit. 59, 1* **14** plaudis P^{ac} qui HM metuunt DVPHMKS*, prob. Hartel* **15** sint *ut uid.* B est] sit HMKS **16** tollunt HM[2] KS qui K^{ac} per *om.* MKS deierent] -iur- D[2]*, post alt.* e *2 litt. eras.* P*;* -rant HMKS

rent, cum ipsi superi ad inferos reuoluantur ibique habeant quod uenerentur et adorent? illud uero quale est, esse fata quibus dii omnes et ipse Iuppiter pareat? 14 si Parcarum tanta uis est, ut plus possint quam caelestes uniuersi quamque ipse rector ac dominus, cur non illae potius regnare dicantur, quarum legibus et statutis parere omnes deos necessitas cogit? num cui dubium est, quin is qui alicui rei obsequitur Maximus non sit? nam si sit, non accipiat fata, sed faciat. – 15 nunc ad illud quod omiseram redeo. in una itaque sola fuit continentior, cum eam deperiret, non uirtute aliqua, sed metu successoris. 16 quae formido utique eius est qui sit et mortalis et imbecillus et nihili, quippe qui potuit et tunc cum nasceretur extingui, sicut frater eius ante genitus extinctus est, qui si uiuere potuisset, numquam minori concessisset imperium. ipse autem furto seruatus furtimque nutritus Ζεύς siue Ζήν appellatus est, non ut isti putant a feruore caelestis ignis uel quod uitae sit dator et animantibus inspiret animas, quae uirtus solius dei est – quam enim possit inspirare *39*

Epit.: 1, 11, 15–16] *aliter* 10, 3

Auct.: **3** *cf. uers. inc. ap.* Tert. apol. 25, 8 fato . . . ipse **14** furtimque nutritus] *siue casu siue ex fonte communi congruit* Comm. instr. 1, 5, 7 **15** isti] *cf.* Etym. Magn. p. 409, 4–5 Gaisford

1 deuoluantur HMKS **2** facta P^ar K^ar S^1 **3** pereat D^1 MS **4** ipsi B^1*, corr.* B^2 **5** illa *uel* ille B^ac, ille MKS, illa R dicatur B^1*, corr.* B^2 quorum R **6** omnis D^ac V^ac R^ac num . . . est] n. d. est cui est KS **7** is] his K^ar S nam si sit] cum alius sit qui HMKS*; om.* R^1, cum *tantum in mg.* R^2 **8** facta DVKS amiseram M **9** in] quod in B unam V^1 eam] m *exp.* R, ea KS deperiret] amaret d. B **10** utiquae | utiquae*, pr.* utiquae *et alt.* a *eras.,* B*;* itaque V^ac **11** sit et] si et K^1*; hoc* et *s.l.* S imbecillus] -becc- B*,* -llis KSR *(*i *ex* u*); u. ind. form.* nihil HMR **12** tunc] nunc B^1 *(corr.* B^3*)* HM*;* tum R extingueret*,* ret *s.l.,* B^2*, corr.* B^3 **13** si uere K numquam minori *in ras.* V^2 **15** zeus HM*,* zeys K*,* zeis S zen HMKS ut *s.l.* H^2 S **16** sit] est B inspirat KS **17** posset HMKS inspirare possit B

animam qui ipse accepit aliunde? –, sed quod primus ex liberis
17 Saturni maribus uixerit. potuerunt igitur homines alium deum
habere rectorem, si Saturnus non fuisset ab uxore delusus.

At enim poetae ista finxerunt. – errat quisquis hoc putat. illi
enim de hominibus loquebantur, sed ut eos ornarent quorum 5
memoriam laudibus celebrabant, deos esse dixerunt. itaque illa
potius ficta sunt quae tamquam de diis, non illa quae tamquam
de hominibus sunt locuti. quod clarum fiet exemplo quod infe-
18 remus. Danaen uiolaturus aureos nummos largiter in sinum
eius infudit, haec stupri merces fuit. at poetae, qui quasi de deo 10
loquebantur, ne auctoritatem creditae maiestatis infringerent,
finxerunt ipsum in aureo imbre delapsum eadem figura qua
'imbres ferreos' dicunt, cum multitudinem telorum sagittarum-
19 que describunt. rapuisse dicitur in aquila Catamitum; poeticus
color est. sed aut per legionem rapuit cuius insigne aquila est aut 15
nauis in quam est impositus tutelam habuit in aquila figuratam,

Epit.: 1, 11, 17–32] 11, 1 – 12, 3 1, 11, 17 at . . . finxerunt] 11, 1 . . . poetis 18] 11, 2 19] 11, 3

Auct.: **1–2** quod . . . uixerit] *cf.* Etym. Magn. p. 408, 56–57 Gaisford **13** Verg. Aen. 12, 284 *uel* Enn. ann. 284 Vahlen (266 Skutsch)

Test.: **9** § 18 sq.] *cf.* Aug ciu. 18, 13 p. 272, 31 – 273, 4. Isid. orig. 8, 11, 35

1 ex *om.* HM libris V[1] **3** rectorem] regem HMKS detusus R **4** fixerunt V[1] *(*D *deest)* errant H[ac]*;* erat M[ac] **5** *post* loquebantur *5 fere litt., ultimae* odio*?, eras.* K **6** memoria K illa] a *s.l. m.1?* B*, in mg.* P **8** de hominibus] quae de h. B sint B fit *ex* sit*, ut uid.* B[3] exemplum K[ac] **9** danaem HM, -naan P *(*D *deest)* **10** infundit R haec . . . fuit *om., in mg. inf. add.,* D ad B[ac]*; cf. 1, 3, 6* qui *om.* KS **12** frinxerunt D[ac] V in *om.* BHM quam H[ac] **14** in aliqua lacatamitum V *(*D *inc.)* aquila *in ras.* P **15** per religionem B aliqua V *(in* D *eras.* qua*, cet. antea desunt)* **16** quam VPR *(*D *deest),* qua *cet., edd.; cf. 6, 24, 29* aquilam BH

sicut taurum, cum rapuit et transuexit Europam. eodem modo conuertisse in bouem traditur Io Inachi filiam, quae ut iram Iunonis effugeret, ut erat 'iam saetis obsita, iam bos', tranasse dicitur mare in Aegyptumque uenisse atque ibi recepta pristina specie dea facta quae nunc Isis uocatur. quo igitur argumento probari potest nec Europam in tauro sedisse nec Io bouem factam? quod certus dies habetur in fastis quo Isidis nauigium celebratur; quae res docet non transnatasse illam, sed nauigasse. igitur qui sapere sibi uidentur, quia intellegunt uiuum terrenumque corpus in caelo esse non posse, totam Ganymedeam fabulam pro falso repudiant nec sentiunt in terra id esse factum, quia res ac libido ipsa terrena est. non ergo res ipsas gestas finxerunt poetae, quod si facerent, essent uanissimi, sed rebus gestis addiderunt quendam colorem. non enim obtrectantes illa dicebant, sed ornare cupientes. hinc homines decipiuntur, maxime quod dum haec omnia ficta esse a poetis arbitrantur, colunt quod ignorant. nesciunt enim qui sit poeticae licentiae modus, quous-

Epit.: 1, 11, 20–21] 11, 4 23 . . . colorem] 11, 1 sed . . . praetexas 24 nesciunt . . . 25 poetam] 11, 1 hunc . . . commutet

Auct.: **3** Verg. Aen. 7, 790

1 taurus HM **2** in bouem conuertisse P io *om.* B[1]*, in reliquo lineae spatio (fere 8 litt.) add.* B[2]*;* ino HM*;* yo S ut *ante* iram *s.l.* H **3** obsidet *(sequentia euan.)* D iam *ante* bos *om.* HM tranasse B[1] *(s.l.* ns *m.2 eras.)* R*, in* D *extat* nasse*,* trasnasse V*,* transnasse P*;* transnatasse HMKS*; u. § 21* **5** Isis] ipsis*,* ip *in ras.,* V*,* ysis K[2] S **6** io *om.* B[1] *(post* factum *s.l.* B[2]*)* HMR*;* yo S **7** certos *ex* certis K habeatur HMK[2] S festis *ex* fastis *m.1* K quod D Isidis] si diis DV **8** tranasse BVP *(in* D *extat* se*), edd.;* transnatasse *et* nauigasse *consulto aequisona* nauigisse B[1]*, corr.* B[2] **9** quia] qui B[1]*, corr.* B[3] terrenum*, deinde fere 3 litt. eras.,* R **10** esse] es H ganimedeam DVSR, canym- HM **11** nec] et S[2] **12** gestas *om.* P **14** dicebat P[ac] **15** hinc] n *eras.* K **16** dum *om.* R omnia *s.l.* S **17** qui] quid P licentiae poeticae P[ac] usque H[ac]

que progredi fingendo liceat, cum officium poetae in eo sit, ut
ea quae uere gesta sunt in alias species obliquis figurationibus
25 cum decore aliquo conuersa traducat. totum autem quod re-
feras fingere, id est ineptum esse et mendacem potius quam
26 poetam. sed finxerint ista quae fabulosa creduntur; num etiam 5
illa quae de diis feminis deorumque conubiis dicta sunt? cur
igitur sic figurantur, sic coluntur? nisi forte non tantum poetae,
27 sed pictores etiam fictoresque imaginum mentiuntur. si enim
hic est Iuppiter qui a uobis dicitur deus, si non is est qui ex
41 Saturno et Ope natus est, non oportuit nisi solius simulacrum in 10
28 templis omnibus collocari. quid sibi mulierum effigies uolunt?
quid sexus infirmus? in quem si cecidit hic Iuppiter, eum uero
29 ipsi lapides hominem fatebuntur. mentitos esse poetas aiunt et
his tamen credunt. immo uero non esse mentitos re ipsa probant.
ita enim deorum simulacra confingunt, ut ex ipsa diuersitate 15
sexus appareat uera esse quae dicunt poetae. nam quod aliud
argumentum habet imago Catamiti et effigies aquilae, cum ante
pedes Iouis ponuntur in templis et cum ipso pariter adorantur,
nisi ut nefandi sceleris ac stupri memoria maneat in aeternum?
30 nihil igitur a poetis in totum fictum est, aliquid fortasse traduc- 20

Epit.: 1, 11, 26–29] *cf.* 12, 3 1, 11, 30–32] 12, 1–2

Test.: **1–3** officium . . . traducat] Isid. orig. 8, 7, 10

2 uere *in mg.* R alia specie HM **3** traducant DVP^{ar} HM referunt *ex* referas B^{3} **5** poetam *om.* B^{1}*, in mg. add.* poeta *(sic)* B^{3} finxerunt DP^{ac} KS num] nam KS **6** de *om.* HM feminis] nis *in ras. 4–5 litt.* P, femininis DV **8** sed] si et *(ex* si ut*?)* KS piscatores K*, corr. m. rec.* etiam fictoresque *om.* B^{1}*, s.l.* etiamque B^{2} **9** nobis DVPR is] his KS **9–10** qui . . . est *in mg.* V^{2} **10** solus H^{ac} MKS **12** quia sexus*, deinde s.l.* est *m.2,* R si] sic P^{2} hic *om.* DVP^{1} *(s.l.* P^{2}*)* **13** *post* aiunt *s.l. m.2?* multi D **14** his] iis R^{1}*, ft. recte* probatur K^{ac} **16** appareant B **17** catamiti et] i et *in ras. m.3?* P*;* -tis in DV **18** adoramus KS **20** nihil *exp. et in mg.* non P in *om.* DVPR est fictum P

tum et obliqua figuratione obscuratum, quo ueritas inuoluta tegeretur, sicut illud de sortitione regnorum. aiunt enim Ioui caelum obtigisse, Neptuno mare, inferna Plutoni. cur non terra potius in sortem tertiam uenit? nisi quod in terra gesta res est.
5 ergo illud in uero est, quod regnum orbis ita partiti sortitique 31 sunt, ut orientis imperium Ioui cederet, Plutoni, cui cognomen Agesilao fuit, pars occidentis obtingeret, eo quod plaga orientis, ex qua lux mortalibus datur, superior, occidentis autem inferior esse uideatur. sic ueritatem mendacio uelarunt, ut ueritas ipsa
10 persuasioni publicae nihil derogaret. de Neptuni sorte mani- 32 festum est. cuius regnum tale fuisse dicimus, quale 'Marci Antonii' fuit 'infinitum illud imperium', cui totius orae maritimae potestatem senatus decreuerat, ut praedones persequeretur ac mare omne pacaret. sic Neptuno maritima omnia cum insulis *42*
15 obuenerunt.

Quomodo id probari potest? nimirum ueteres historiae do- 33 cent. antiquus auctor Euhemerus, qui fuit ex ciuitate Messena, res gestas Iouis et ceterorum qui dii putantur collegit histori-

Epit.: 1, 11, 33 – 14, 6 *passim*] 13, 1 – 14, 4 1, 11, 33 . . . docent] *cf.* 13, 1 33 auctor . . . 34 uerba sunt] 13, 2 . . . 3 uerba sunt

Auct.: **11–12** Cic. Verr. II 2, 8*; cf.* Euhem. test. 70 Winiarczyk **17–p. 48, 6** Euhem. test. 65 W.*;* § 34 . . . secutus] Cic. nat. deor. 1, 119

1–2 in uoluntate geretur HM[1] *(*gereretur *m. rec.)* **2** sic S **3** *ante* terra *eras.* ex*?* B potius terra P **4** tertia H gesta *om.* DVP[1] *(in mg.* P[2]*)* **5** *ante* orbis *del.* et R partitis ortique S **6** caederet B[ar] V **7** agesilao B*,* hag- *cet.* **8** qua] quo B[1]*, corr.* B[2] *post* superior *s.l.* sit B[3] **9** ipsa *s.l.* P **10** persuasione P nihil *om.* B[1]*, in fine lin. add.* B[3] deroget M[ac] manifactum H **11** fuit P qualem D *(*m *exp.)* V *(-*ẽ *ut uid.)* marci BR*,* m̃. HM*,* m. KS*, om.* DVP antonii B[3] DVPKS*,* -ni B[1] HM*,* -nini R **12** *post* illud *in mg.* scilicet D[2] **14** placaret HM *(ex* placeret*) ante* sic *s.l.* si D[2] omnia maritima HMKS **16** id] hic M **17** messena BR *Mo,* -nae P*;* -nę DVHK*,* -ne MS *edd., Br; cf. e. g. Liu. 32, 21, 23* **18** historiaque B

amque contexuit ex titulis et inscriptionibus sacris quae in antiquissimis templis habebantur maximeque in fano Iouis Triphylii, ubi auream columnam positam esse ab ipso Ioue titulus indicabat, in qua columna sua gesta perscripsit, ut monumentum
34 posteris esset rerum suarum. hanc historiam et interpretatus est 5
Ennius et secutus. cuius haec uerba sunt: 'ibi Iuppiter Neptuno imperium dat maris et insulis omnibus et quae secundum mare loca essent omnibus regnaret.' uera sunt ergo quae loquuntur
35 poetae, sed obtentu aliquo specieque uelata. potest et mons Olympus figuram poetis dedisse, ut Iouem dicerent caeli reg- 10
num esse sortitum, quod Olympus ambiguum nomen est et montis et caeli. in Olympo autem Iouem habitasse docet eadem historia, quae dicit: 'ea tempestate Iuppiter in monte Olympo maximam partem uitae colebat et eo ad eum in ius ueniebant, si quae res in controuersia erant. item si quis quid noui inuenerat 15
quod ad uitam humanam utile esset, eo ueniebant atque Ioui
43 36 ostendebant.' multa in hunc modum poetae transferunt, non ut

Epit.: 1, 11, 34 uera . . . 35 historia] *cf.* 12, 1 . . . 2 produnt 36] *cf.* 12, 3

Auct.: **6–8** Enn. uar. frg. 107–108 Vahlen; Euhem. test. 70 Winiarczyk **13–17** ibid. frg. 109–112 V.; test. 67 W.

1 ex] et P scriptionibus H in *om.* KS **2** habeantur P[1]*, corr.* P[2] tripyli*, deinde eras.* i, B, -fylii DVP[ar] *(tert.* i *eras., in mg.* phy P[2]*)* R, -phili HM*,* -philii KS **3** aream P[1]*, corr.* P[2] titulis KS **4** momentum B[1]*, corr.* B[2]*;* monim- *ex* monum- HMR[2] **6** cui MKS uerba haec HMKS ibi] ubi B[2] P *Br, Mo* **7** mare *ex* -is *ut uid.* B[2] **7–8** et insulis . . . essent] hoc est ut *(s.l.* H*)* insulis et locis quae s. m. essent HMKS*; u. Br ad l.* **8** regnarent V *(alt.* n *exp. et s.l. repet.)* KS*;* regnare *Hartel* **9** obtentu] optent ut HM[1] et *om.* DVP[1] *(s.l.* P[2]*)* **11** exiguum DV **14** et *om.* KS eo *s.l.* B[3] in ius] unius B[ac] HM uenibant B **15** res *s.l.* B[3] quis *s.l.* B[3] inuenerant BM[ar] **16** eo ueniebat D[1] M[pr]*;* conueniebant R **17** ostendebat HM

in deos mentiantur, quos colunt, sed ut figuris uersicoloribus uenustatem ac leporem carminibus suis addant. qui autem non intellegunt quomodo aut quare quidque fingatur, poetas uelut mendaces et sacrilegos insequuntur. 37 hoc errore decepti etiam
5 philosophi, quod ea quae de Ioue feruntur minime conuenire in deum uidebantur, duos Ioues fecerunt, unum naturalem alterum fabulosum. 38 uiderunt ex parte quod erat uerum, eum scilicet de quo poetae loquantur hominem fuisse, in illo autem naturali Ioue uulgari consuetudine religionis inducti errauerunt, quod in
10 deum nomen hominis transtulerunt, qui ut supra diximus quia solus est, non indiget nomine. Iouem autem illum esse, qui sit ex Ope Saturnoque natus, negari non potest. 39 uana igitur persuasio est eorum qui nomen Iouis summo deo tribuunt. solent enim quidam errores suos hac excusatione defendere: qui conuicti de
15 uno deo cum id negare non possunt, ipsum se colere adfirmant, uerum hoc sibi placere ut Iuppiter nominetur. quo quid absurdius? Iuppiter enim sine contubernio coniugis filiaeque coli non solet. unde qui sit apparet, nec fas est id nomen eo transferri ubi nec Minerua est ulla nec Iuno. 40 quid quod huius nominis pro-
20 prietas non diuinam uim exprimit, sed humanam? 'Iouem' enim 'Iunonemque a iuuando' esse dictos Cicero interpretatur et

10 supra] 1, 6, 5

Auct.: **20–p. 50, 1** Cic. nat. deor. 2, 64. 66

1 metiantur V uersi *(deinde 3–4 litt. eras.)* coloribus P*;* uariisque col- HMKS **2** uetustatem ac decorem R *ex § 24* **3** figuretur DVP *Br, Mo contra numerum* **4** hoc errore] hac *(ex* hoc*)* ergo re V *(in* D *extat* rore*)* **5** quod] qui HM **6** uidebant HM fecerunt] fuerunt B[1], finerunt *(sic)* B[2]*;* ferunt P[pr] naturale KS alterum] et a. P[2] **7** *post* quod *exp. et eras.* cum *uel* eum B uersum K *(et s.l. m.1 ut uid.* uerum*)* S **10** nominis B[1], *corr.* B[2] qui] quid HM[ar] **11** est *s.l.* P[2] **14** de] cum*, s.l.* uel de*,* M **16** qui quod VP *(*D *deest)* absurdus P[ac] **18** nec fas] id nefas M **19** ulla est B quid] qui R **20** humana S **21** adiuuando B[ar] H[ar] M[ar] K[ar] S R[ar]

'Iuppiter' quasi 'iuuans pater' dicitur. quod nomen in deum minime congruit, quia iuuare hominis est opis aliquid conferen-
44 41 tis in eum, qui sit alienus, et exigui beneficii. nemo sic deum precatur, ut se adiuuet, sed ut seruet, ut uitam salutemque tribuat, quod multo plus ac maius est quam iuuare. et quoniam de 5
patre loquimur, nullus pater dicitur filios iuuare, cum eos generat aut educat. illud enim leuius est quam ut eo uerbo magnitudo
42 paterni beneficii exprimatur. quanto id magis inconueniens est deo, qui uerus pater est, per quem sumus et cuius toti sumus, a quo fingimur animamur inluminamur, qui nobis uitam impertit, 10
43 salutem tribuit, uictum multiplicem subministrat. non intellegit beneficia diuina qui se tantummodo iuuari a deo putat. ergo non imperitus modo, sed etiam impius est qui nomine Iouis uirtutem
44 summae potestatis imminuit. quare si Iouem et ex rebus gestis et ex moribus hominem fuisse in terraque regnasse deprehen- 15
45 dimus, superest ut mortem quoque eius inuestigemus. Ennius in Sacra Historia descriptis omnibus quae in uita sua gessit ad ultimum sic ait: 'deinde Iuppiter postquam quinquies terras circuiuit omnibusque amicis atque cognatis suis imperia diuisit

Epit.: 1, 11, 44 . . . deprehendimus] 13, 5 45–46] 13, 4

Auct.: **18–p. 51, 8** Enn. uar. frg. 132–141 Vahlen; Euhem. test. 69 Winiarczyk

1 quasi] qua B[1], *corr.* B[3] **2** quia iuuare] qui adi- HM[ar] **3** et *in mg.* B[3] exiguo K[ac] S deum sic P **4** deprecatur B *(*-praec-, *sed* a *del. m.3)* HM adiubet B[ac] ut *ante* seruet *s.l.* P[2] ut *ante* uitam *om.* KS **6** genera K[1] **8** beneficii] bene *s.l.* P[2] conueniens HM est inconueniens R **10** impertitur K[2] **11** multiplicet S **12** iuuari . . . putat DV *(*a *s.l. m.2)* R*;* i. p. a deo P*;* a deo i. p. HMKS*, ft. recte numeri causa;* a deo adiuuari p. B **13** nomen R[ac] **14** et *post* Iouem *om.* BV[1] KS **15** deprendimus R *numero meliore* **16** quodque H[ar] M[ar] inuestiemus D[1] V **17** *post* historia *add.* loquitur HM **18** postquam *post* quinquies *repet., sed del.* D*;* potestquam B[ar] terram BKS*;* eterras R[ac] circumibit KS **19** omnibus amicis HMKS atque] et B diuidit HMKS[ac] R[ac]

reliquitque hominibus leges mores frumentaque parauit multaque alia bona fecit, immortali gloria memoriaque adfectus sempiterna monumenta suis reliquit. aetate pessum acta in Creta 46 uitam commutauit et ad deos abiit eumque Curetes filii sui curauerunt decoraueruntque eum; et sepulcrum eius est in Creta in *45* oppido Gnosso et dicitur Vesta hanc urbem creauisse; inque sepulcro eius est inscriptum antiquis litteris Graecis ZAN KPONOY id est Latine Iuppiter Saturni.' hoc certe non poetae 47 tradunt, sed antiquarum rerum scriptores. quae adeo uera sunt, ut ea Sibyllinis uersibus confirmentur, qui sunt tales:

δαίμονας ἀψύχους, νεκύων εἴδωλα καμόντων,
ὧν Κρήτη καύχημα τάφους ἡ δύσμορος ἕξει.

Cicero de deorum natura cum 'tres Ioues a theologis enumerari' 48 diceret, ait 'tertium' fuisse 'Cretensem Saturni filium, cuius in illa insula sepulcrum ostenditur'. quomodo igitur potest alibi 49 deus esse uiuus alibi mortuus, alibi habere templum alibi sepulcrum? sciant ergo Romani Capitolium suum id est summum caput religionum publicarum nihil esse aliud quam inane monumentum.

Auct.: **11–12** Orac. Sib. 8, 47 sq. **13–15** Cic. nat. deor. 3, 53

1 reliquidque DVKS*;* reliquit H*,* reliquid M **2** gloriosaque *(*os *s.l. m.2)* memoria affectus R adiectus DV **3** monimenta PM[2] R[2] sui *L. Müller (ed. Enn. 1884), Br, alii* aetatem D pessume B[2]*;* fessam*,* a *pro* u *m.2,* R actam R **5** decorauerutque] que *s.l.* V*;* -runt qui R eum] tum *ex* cum R **6** gnosso R *et epit.,* cno- B *(*n *s.l. m.2)* DVP*,* no- KS*,* gnoso HM urbe V creuisse P[ac] inque BDVPK *Br, Mo;* in quae S*;* in qua HM*;* in quo R *recc., Buen cl. epit.* in eo*, ft. recte* **7** sepulchrum HM scribtum B[1]*, corr.* B[2] *ut uid.* ZAN . . . saturni *in ras.* H[2] ζευςκιονου R **8** Latine *om.* HM **9** uersa R **10** ea] a KS confirmantur S*;* continentur R **11** νεκύων *om.* PHM*;* νεκρῶν *codd. Sib.* ιδωλα DVP **12** τάφους ἡ] φυςη P εξι KS **14** terrentium V[1] **15** insula illa B potest *om.* B[1]*, post* deus *s.l. add.* B[3] **16** habeo templum*,* o *et* t *s.l. pro eras. et exp.* ret*,* D[2] **18** regionum V[1] inanem B[ar]

50 Veniamus nunc ad eius patrem, qui ante regnauit et qui fortasse plus habeat in se, quod ex coitu tantorum elementorum genitus esse dicatur. uideamus quid in eo fuerit deo dignum, in primis illud, quod aureum saeculum narratur habuisse, quod
51 iustitia sub eo fuerit in terra. teneo aliquid in hoc, quod in eius 5
46 filio non fuit. quid enim tam conueniens deo quam iustum re-
52 gimen ac pium saeculum? sed cum eadem ratione natum esse cogito, non possum putare deum summum quo uideam esse aliquid antiquius, caelum scilicet atque terram. at ego deum quaero ultra quem nihil sit omnino, qui fons et origo sit rerum; hic sit 10 necesse est qui caelum ipsum condidit terramque fundauit.
53 Saturnus autem si ex his natus est ut putatur, quemadmodum potest deus esse principalis, qui aliis ortum suum debet, aut quis
54 praefuit mundo, priusquam Saturnus gigneretur? sed hoc poeticum est ut dicebam paulo ante figmentum. nec enim fieri 15 poterat, ut elementa insensibilia tantoque interuallo separata in unum coirent ac filium procrearent aut is qui natus esset non potissimum genitoribus similis existeret, sed eam formam ge-
55 reret quam parentes sui non habebant. quaeramus ergo quid ueritatis sub hac figura lateat. Minucius Felix in eo libro qui 20 Octauius inscribitur sic argumentatus est: ‘Saturnum, cum fu-

Epit.: 1, 11, 52–64 *passim*] *cf.* 14, 1 Saturnus . . . 2 docet

15 paulo ante] §§ 17–25. 36

Auct.: **21–p. 53, 4** Min. Fel. 23, 10–12

2 habebat P *Br (in addendis) contra numerum* ex] in S[1] **4** illud *om.* KS **5** quod] quo HM **6** regnum B **7** hac KS pius DV seclum KS **8** cogito] g *ex* c*?, antea 1 litt. eras.,* P*;* concito D[1] V*;* conicio D[2]*;* cognito M quod B[ar] P[ar] R **9** terra K[1] S **10** ultra] ultro u. HMKS sit *om.* P[1], *in fine lin.* est P[2] *ante* hic *in mg.* quia D[2] **12** putetur V[1] *(*D *deest)* **13** esse deus P debeat B[1]*, corr.* B[2] aut] ut B[1]*, corr.* B[3] **14** gignere KS **16** tantoque] que *s.l.* B[3] **17** hac K is] his HKSR **20** ueritas H[1] sub *s.l. pro 2 eras. litt.* P; ut V *(*D *deest)* **21** octauus P*;* hocfauius R si P[ac] est *om.* DVP *(s.l.* ÷*, i. e.* est*, m.2?)* saturnus R[2]

gatus esset a filio in Italiamque uenisset, Caeli filium dictum, quod soleamus eos quorum uirtutem miremur aut eos qui repentino aduenerint de caelo cecidisse dicere, Terrae autem, quod ignotis parentibus natos terrae filios nominemus.' 56 sunt haec 5 quidem similia ueri, non tamen uera, quia constat etiam tum cum regnaret ita esse habitum. 57 potuit sic argumentari: Saturnum, cum potentissimus rex esset, ad retinendam parentum suorum memoriam nomina eorum caelo terraeque indidisse, cum haec prius aliis uocabulis appellarentur; qua ratione et montibus 10 et fluminibus nomina scimus imposita. 58 neque enim cum dicunt poetae de progenie Atlantis aut Inachi fluminis, id potissimum *47* dicunt, homines ex rebus sensu carentibus potuisse generari, sed eos utique significant qui nati sunt ex his hominibus, qui uel uiui uel mortui nomina montibus aut fluminibus indiderunt. 59 nam id 15 apud ueteres maximeque Graecos fuit usitatum. sic maria eorum traxisse nomen accipimus qui deciderant in ea, ut Aegaeum Icarium Hellespontum, et in Latio Auentinus uocabulum monti dedit in quo sepultus est, Tiberinus uel Thybris amni quo mersus est. 60 non ergo mirandum, si nomina eorum caelo terraeque 20 attributa essent, qui reges genuerant potentissimos. 61 apparet ergo non ex caelo esse natum, quod fieri non potest, sed ex eo

Auct.: **17** Auentinus] *cf.* Ou. met. 14, 620 sq. **18** Tiberinus] *cf.* Ou. ibid. 614–616 Thybris] *cf.* Verg. Aen. 8, 330–332

Codd.: **2** *post* quod so *(fol. 12^{v}) octo folia exciderunt in* B *usque ad 1, 18, 2* rebus os*; hinc extant* DV P HM KS R

1 a *s.l.* R[2] dictum *s.l.* B[3] **2** miremur] mi *s.l.* P*,* mer- D[1]*,* myr- V aut] ad VP *(in* D *extat* a*, perisse uid.* d*)* **4** *post* natos *in ras.* credunt *ut uid. (cetera ante* sunt *desunt)* D **5** consistat R tunc P **6–7** ita . . . saturnum *del.* R **6** potius si R saturnus HMKS **10** cum *om.* M **11** athlantis DVPHMR *(*h *s.l. m.2,* at *exp.)* **12** generare P[ac] **13** sint R his *codd., Mo,* iis *edd.* **16** accepimus HMK[2]*,* accepimis K[1] S qui *om.* HM deciderunt KS aegaeum R*,* -geum *cet.* Icarium] micharium et HM **18** in quo] nouo R[1] tybris PHMKS **19** ergo] enim HMKS **20** genuerunt KS **21** natum esse P

homine cui nomen Vrano fuit. quod esse uerum Trismegistus auctor est, qui cum diceret 'admodum paucos extitisse in quibus esset perfecta doctrina', in his 'Vranum Saturnum Mercurium'
62 nominauit 'cognatos suos'. haec ille quia ignorauit, alio traduxit historiam; qui quomodo argumentari potuerit, ostendi. 5
nunc dicam quomodo, ubi, a quo sit hoc factum; non enim Sa-
63 turnus hoc, sed Iuppiter fecit. in Sacra Historia sic Ennius tradit: 'deinde Pan eum deducit in montem, qui uocatur Caeli sella. postquam eo ascendit, contemplatus est late terras ibique in eo monte aram creat Caelo primusque in ea ara Iuppiter sa- 10
48 crificauit. in eo loco suspexit in caelum quod nunc nos nominamus, idque quod supra mundum erat, quod aether uocabatur, de sui aui nomine caelum nomen indidit, idque Iuppiter quod aether uocatur precans primus caelum nominauit eamque hostiam, quam ibi sacrificauit, totam adoleuit.' nec hic tantum sa- 15
64 crificasse Iuppiter inuenitur. Caesar quoque in Arato refert

Epit.: 1, 11, 61 Trismegistus . . . suos] 14, 3

Auct.: **1–4** CH IV 107 (frg. 5 a)*; cf.* I 115, 5–8 (serm. 10, 5) **8–15** Enn. uar. frg. 99–106 Vahlen; Euhem. test. 62 Winiarczyk **16–p. 55, 4** Schol. Germ. Bas. p. 91, 19–23 Breysig

1 urano fuit *in ras.* V[2] *(*D *deest)* **3** iis R[1] **4** quia] quam D[ac] traxit HM **5** qui] quia HM ostendit D[2] H[ac] KS **6** dicamus KS hoc *post* sit *om.* R **8** tradidit HM Pan eum] pauenium R uocabitur R[1], -batur R[2] **9** sella *cl. Diod. 5, 44, 5* Οὐρανοῦ δίφρος *L. Krahner, Progr. Lat. Hauptschule Halle 1837, 39 n. 2, alii, Winiarczyk;* stella *codd., Mo;* stela *P. Ciacconius ap. Isaeum (1646, repet. Migne, PL 6, 899), alii, Br; dubitat Vahlen* escendit D[1] VR[1], desc- D[2] *; cf. 1, 10, 9* late terras] latera D[1] terram sibique HMKS **10** aram] arat K[1] **11** in *ante* eo *om.* HM *ante* nos *eras.* nos D **12** idque] eique *Br; cf. Vahlen ad l. et Hofmann-Szantyr 567 sq.* uocatur R **13** *ante* de *del.* precans S caelo DVP **14** uocabatur, ba *exp.*, P precans *codd. (in ras.* P*);* placans *recc., edd., Br ex errore ut uid., Mo* primus *in ras.* P, -mum HM eamque *in ras.* P*;* terraque DV **15** tota HM his V[1] **16** quodque H[ar] M

‘Aglaosthenen dicere Iouem, cum ex insula Naxo aduersus Titanas proficisceretur et sacrificium faceret in litore, aquilam ei in auspicium aduolasse, quam uictor bono omine acceptam tutelae suae subiugarit’. 65 Sacra uero Historia etiam ‘ante consedisse illi 5 aquilam in capite atque ei regnum portendisse’ testatur. cui ergo sacrificare Iuppiter potuit nisi Caelo auo, quem dicit Euhemerus ‘in Oceania mortuum et in oppido Aulacia sepultum’?

12. 1 Quoniam reuelauimus mysteria poetarum ac Saturni parentes inuenimus, ad uirtutes eius et facta redeamus. – iustus 10 in regno fuit. – 2 primum ex hoc ipso iam deus non est, quod fuit; deinde, quod ne iustus quidem fuit, sed impius non modo in filios, quos necauit, uerum etiam in patrem, cuius dicitur abscidisse genitalia, quod forsitan uere acciderit. 3 sed homines respectu elementi quod dicitur caelum totam fabulam explodunt 15 tamquam ineptissime fictam, quam tamen Stoici ut solent ad rationem physicam conantur traducere. quorum sententiam Cicero de natura deorum disserens posuit. 4 *49* ‘caelestem’ inquit ‘altissimam aetheriamque naturam id est igneam, quae per sese omnia gigneret, uacare uoluerunt ea parte corporis, quae con-

Auct.: **1** Aglaosthenen] FGrHist 499 F 2 **4–5** Enn. uar. frg. 98 Vahlen; Euhem. test. 57 Winiarczyk **6–7** ibid. frg. 62–63 V.; test. 52 W. **17–p. 56, 1** Cic. nat. deor. 2, 64

Test.: **12–16** *cf.* Isid. orig. 8, 11, 32. 29

1 aglaosthęenen P, -lasth- HM, -ennen KS, -enem R ex] et R[1], in R[2] **3** homine D[ar] VP[ar] *(deinde 1 litt. eras.)* H[ar] MKSR[ar] accepta S **4** subiugaret R etiam *s.l.* P[2] **5** aquila HM ei *om.* HM **6** auo] euo KS **7** oceani HM autlacia R **8** *post* quoniam *s.l.* uero D[2] ac] a D[ac] VP[ac] **9** parentes] *alt.* e *ex* i*?* P **10** *post* deus *spatium 8–10 litt. in* P **11** denique DVP[ac] **12** negauit H[ac] M[ac] abstulisse HM **14** totum D *sup.* explodunt *add.* inuertunt D[2] **15** factam D uolent HM **16** ratione V conatur H sententia M **17** caelestae D[1], -tes D[2], -te VS **18** altissimiam D[ar] VP[ar] igneamque KR[1] **19** uocare H, cac- P[1], *corr.* P[2]

ionctione alterius egeret ad procreandum.' quae ratio in Vestam
5 potuit conuenire, si mas diceretur. idcirco enim uirginem putant Vestam, quia ignis inuiolabile sit elementum nihilque nasci
6 possit ex eo, quippe qui omnia quae arripuerit absumat. Ouidius in Fastis: 5

'nec tu aliud Vestam quam uiuam intellege flammam,
nataque de flamma corpora nulla uides.
iure igitur uirgo est, quae semina nulla remittit
nec capit, et comites uirginitatis amat.'

7 Vulcano quoque id potuit adscribi, ⟨qui⟩ quidem putatur ignis, et 10
tamen eum poetae non absciderunt. potuit et Soli, in quo est natura et causa gignentium. nam sine solis igneo calore neque nasci quidquam neque augeri potest, ut nulli alii elemento magis opus sit genitalibus quam calori, cuius fotu concipiuntur nas-
8 cuntur sustentantur omnia. postremo etiamsi ita sit ut uolunt, 15
qui magis abscisum esse Caelum putemus quam omnino sine genitalibus natum? nam si per se gignit, non indigebat utique genitalibus, cum Saturnum ipsum procrearet; si uero habuit et a
9 filio abscisa sunt, ortus rerum et natura omnis interisset. quid quod ipsi Saturno non diuinum modo sensum, sed humanum 20
quoque adimunt, cum adfirmant 'eum esse Saturnum, qui cursum et conuersionem spatiorum ac temporum continet eumque

Auct.: **6–9** Ou. fast. 6, 291–294 **21–p. 57, 3** Cic. nat. deor. 2, 64

Test.: **2–7** Isid. orig. 8, 11, 67 sq. **21–p. 57, 3** *cf.* ibid. 8, 11, 30 sq.

1 egeat HM **2** posuit P[1], *corr.* P[2] masculus HM diceret KS **7** corpore HM nulla *om.* K[1] S **8** iura H **10** ⟨qui⟩ quidem *recc., edd., Br;* equidem, e *s.l. m.2,* R, quidem *cet.;* qui deus *Mo* **12** colore HM **13** augere K[ac] magis *codd., def. Mo;* minus *Volkmann, Br* **14** colori PHM foetu KS **15** sustentatur H, sustentur M[1] **16** abscissum R **17–18** natum . . . genitalibus *in mg. inf. m.1 ut uid.* K **17** indiget KS, -dicebat R[ac] **18** genitalibus] g. cum saturnalibus R **19** abscissa R **20** modum H **21** quodque HM *post* adimunt *ins., postea om.* saturnum R **22** temporis R

Graece id ipsum nomen habere? Κρόνος enim dicitur, qui est idem χρόνος id est spatium temporis, Saturnus autem est appellatus, quod saturetur annis'. haec Ciceronis uerba sunt exponentis sententiam Stoicorum; quae quam uana sit, cuiuis intellegere promptissimum est. si enim Saturnus Caeli est filius, quomodo potuit aut tempus e caelo gigni aut caelum a tempore abscidi aut postea tempus imperio spoliari a filio Ioue? aut quomodo Iuppiter natus ex tempore est? aut quibus annis saturari possit aeternitas, cui nullus est finis?

13. Si ergo uanae sunt istae rationes philosophorum, quid superest nisi ut uere factum esse credamus, id est hominem ab homine abscisum? nisi forte aliquis existimat deum fuisse qui timuit coheredem, cum si quid diuinitatis habuisset, non patris genitalia debuerit amputare, sed propria, ne Iuppiter nasceretur, qui eum regni possessione priuauit. idem sororem suam Rheam quam Latine Opem dicimus cum haberet uxorem, responso uetitus esse dicitur mares liberos educare, quod futurum esset ut a filio pelleretur. quam rem metuens natos sibi filios non utique deuorabat ut ferunt fabulae, sed necabat, quamquam scriptum sit in Historia Sacra 'Saturnum et Opem ceterosque tunc homines humanam carnem solitos esitare; uerum primum Iouem leges hominibus moresque condentem edicto prohibuisse, ne liceret

Auct.: **20–p. 58, 1** Enn. uar. frg. 113–115 Vahlen; Euhem. test. 66 Winiarczyk

1 nomen *s.l.* V² *(D deest)* chronos HMKS qui est *in mg.* D²*;* quid est V **2** κρονος DVP, chronos HMKS **3** *post* saturetur *1–2 litt. eras.* P*;* saturaretur *codd. Cic., sed cf. nat. deor. 3, 62* se saturat **4** sententia V cuius D¹ VP¹ HMR¹ **7** abscindi R^ar **8** aut *post* est] at K^ac **9** *ad* possit *in mg.* potest P² cuius D¹ **11** homine ab HM^ac **15** priuabit DVP^ac idem] id est R*;* item dum HM **16** opim, i *ex* e, D² **17** dicatur HM **18** apelleretur P **19** referunt R negabat R^ac **20** opim *ut supra* D² **21** humana carne KS esitare] *antea 1–2 litt. eras.* PV *(D deest);* uescit- HM*;* esse essit- KS*;* essit- *et s.l. m.2?* uel esse, *in mg. m. post.* id est comedere R*; cf. Heck, 1972, 176 sq.* **22** contendentem H^ar M

eo cibo uesci'. quod si uerum est, quae potest in eo fuisse ius-
3 titia? sed fictum sane putemus Saturnum filios deuorasse, modo cum aliqua ratione; num idcirco, quod ait uulgus comedisse filios suos eum, qui extulerit sepulturaeque mandauerit? Ops
51 autem cum Iouem peperisset, subtraxit infantem eumque nutri- 5
4 endum furtim misit in Cretam. rursus imprudentiam reprehendam necesse est. cur enim responsum ab alio potius accepit? cur
5 in caelo constitutus in terra non uidebat? cur eum Corybantes cymbalis fefellerunt? postremo cur extitit uis aliqua maior quae illius uinceret potestatem? nimirum senex a iuuene facile uictus 10
6 est ac spoliatus imperio. fugit igitur expulsus et in Italiam nauigio uenit, cum errasset diu, sicut Ouidius in Fastorum libris refert:

'causa ratis superest. Tuscum rate uenit ad amnem
ante pererrato falcifer orbe deus.' 15

7 hunc errantem atque inopem Ianus excepit. cuius rei argumenta sunt nummi ueteres, in quibus est cum duplici fronte Ianus et in altera parte nauis, sicut idem poeta subiecit:

'at bona posteritas puppem formauit in aere
hospitis aduentum testificata dei.' 20

8 omnes ergo non tantum poetae, sed historiarum quoque ac rerum antiquarum scriptores hominem fuisse consentiunt, qui res

Auct.: **14–15** Ou. fast. 1, 233 sq. **19–20** ibid. 1, 239 sq. **21–p. 59, 2** *cf.* Min. Fel. 23, 9

2 sane *s.l.* P **4** qui] quo *ut uid.* K opes D[1] VP[ac], opis P[pc] HM **6** rursum DVP, rusus R[1] imprudentiam *om.* P reprehenda K[1], -hendenda est, est *del.*, S **7** responsum ... potius] p. reponsum *(sic)* ab alio P **8** terram R **9** cur *ante* extitit] cum P **10** senex] x *in ras.* D, senes P[ac] iuuene] *alt.* e *in ras. 3 litt.* P*;* iuuentute DV **11** et *in ras.* H*;* exit M*;* sed KS **12** nauigi D[1] VP[ac] fatorum HM **14** causas D[ar] P[ar] super aestus cum KS **14–15** ad ... pererrato *in mg.* H[2] **16** inope HM cui rei argumento HMKS **17** dupli P[ac] frontes H[ar] M **18** subuexit KS **19** ac P[ac] **21** omnis P[1] quodque H[ar] M **22** hominem *om.* KS

eius in Italia gestas memoriae prodiderunt, Graeci Diodorus et Thallus, Latini Nepos et Cassius et Varro. 9 nam cum agresti quodam more in Italia uiueretur,

'is genus indocile ac dispersum montibus altis
5 composuit legesque dedit Latiumque uocari
maluit, his quoniam latuisset tutus in oris'.

10 censetne aliquis deum esse qui pulsus est, qui fugit, qui latuit? *52* nemo tam stultus est. qui enim fugit aut latet, et uim et mortem timeat necesse est. 11 Orpheus, qui a temporibus eius fuit recen-10 tior, aperte Saturnum in terra et apud homines regnasse commemorat:

πρώτιστος μὲν ἄναξεν ἐπιχϑονίων Κρόνος ἀνδρῶν·
ἐκ δὲ Κρόνου γένετ' αὐτὸς ἄναξ μέγας εὐρυόπα Ζεύς.

12 item noster Maro:

15 'aureus hanc uitam in terris Saturnus agebat.'

et alio loco:

'aurea quae perhibent illo sub rege fuere
saecula; sic placida populos in pace regebat.'

13 neque superius dixit in caelo egisse uitam neque inferius

Auct.: **1** Diodorus] 5, 66, 4–6 **2** Thallus] FGrHist 256 F 4 Nepos] frg. 3 Marshall Cassius] Hemina hist. frg. 1 Peter Varro] frg. inc. 48 Salvadore *(1999), sed cf.* ant. rer. diu. frg. 239–247 Cardauns **4–6** Verg. Aen. 8, 321–323 **12–13** Orph. frg. 139 Kern **15** Verg. georg. 2, 538 **17–18** Verg. Aen. 8, 324 sq.

1 gesta V tradiderunt HM *ante* Graeci *in fine lin.* sunt hi*, post s.l.* scilicet *add.* D[2] **2** et *ante* Cassius *exp.* D **4** is] his H[ac] MKS ac] c *s.l. m.1* K **5** cum posuit HM **6** his] is HM horis HM **7** censeat aliquis HM fugit] g *s.l.* P*;* fugiit HM **8** aut] ut KS latet] *sup.* et *add.* at K[2] latet et *om.* HM uim aut mortem HM **10** aperte] ea parte HM **12** προτος τις P*;* protiston HM επιχϑονιον DVP *(επικτο-)* **13** ἐκ δὲ] ε P*;* και KS κρονοι DVP ευριοπα P, -ροπα KS ζεις DV **17** aurea quae] aureaque H *ut Verg. cod. P m.1,* -reque M*;* aureaque ut KS *(ut aliqui codd. Verg. saec. IX), edd. ante Br*

superos in pace rexisse. unde apparet illum regem fuisse terrenum, quod alibi apertius declarat:

'aurea condet
saecula qui rursus Latio regnata per arua
Saturno quondam.' 5

14 Ennius quidem in Euhemero non primum dicit regnasse Saturnum, sed Vranum patrem. 'initio' inquit 'primus in terris im-
53 perium summum Caelus habuit. is id regnum una cum fratribus
15 suis sibi instituit atque parauit.' non magna dissensio, siquidem maximorum auctorum de filio ac patre dubitatio est. sed tamen 10 utrumque fieri potest, ut primus Vranus eminere inter ceteros potentia coeperit et principatum habere, non regnum, postea Saturnus maiores sibi opes comparauerit ac regium nomen adsciuerit.

1 14. Nunc quoniam ab iis quae rettuli aliquantum Sacra His- 15 toria dissentit, aperiamus ea quae ueris litteris continentur, ne poetarum ineptias in accusandis religionibus sequi ac probare
2 uideamur. haec Ennii uerba sunt: 'exim Saturnus uxorem duxit

Epit.: 1, 13, 14] 14, 4*; inde usque ad finem c. 19 deficit epit. duobus foliis cod. T amissis; cf. Heck-Wlosok, ed. epit. XXV n. 76*

Auct.: **3–5** Verg. Aen. 6, 792–794 **7–9** Enn. uar. frg. 60 sq. Vahlen; Euhem. test. 51 a Winiarczyk **18–p. 62, 3** ibid. frg. 64–86 V.; test. 54 W. *(*§ 5 Pluto Latine . . . uocant *ft. uerba Lact., non Enn.)*

1 rexisse] regebat*, deinde* neque superius . . . pace rexisse *repet.* KS*; pr.* neque sup- . . . regebat *del.* K2 illum *om.* KS rege M **4** latia K **6** euemero DVPac*,* eumero HM **8** caelos D*,* -lius HM is] his KS id] in H *(*n *s.l.)* MKS **10** ac] aut HM **11** Vranus] ura *in ras.* P*,* euran- DV **12** potentiae M cęperit R*,* cępit KS **13** nomen] sibi n. KSR *ex anteced.* sibi **15** iis R1 *Br,* his R2 *cet., Mo* retuli PM *(*D *inc.);* r&tulimus*,* & *exp.,* R aliquantulum R*; cf. Heck, 1972, 185 n. 90* **16** aperiam P*,* -rimus HM ueris] sacris P1*, corr.* P2 **18** ennii P2*,* enni DVP1 R*;* enim HMKS uera HM exim DVP*,* exin HMKS*;* eximius*, alt.* i *s.l. m.2,* R

Opem. Titan, qui maior natu erat, postulat ut ipse regnaret. ibi Vesta mater eorum et sorores Ceres atque Ops suadent Saturno, uti de regno ne concedat fratri. 3 ibi Titan, qui facie deterior esset quam Saturnus, idcirco et quod uidebat matrem atque sorores suas operam dare uti Saturnus regnaret, concessit ei ut is regnaret. itaque pactus est cum Saturno, uti si quid liberum uirile secus ei natum esset, ne quid educaret. id eius rei causa fecit, uti ad suos gnatos regnum rediret. 4 tum Saturno filius qui primus natus est, eum necauerunt. deinde posterius nati sunt gemini, Iuppiter atque Iuno. tum Iunonem Saturno in conspectum dedere atque Iouem clam abscondunt dantque eum Vestae educandum celantes Saturnum. 5 item Neptunum clam Saturno Ops parit eumque clanculum abscondit. ad eundem modum tertio *54* partu Ops parit geminos Plutonem et Glaucam. Pluto Latine est Dis pater, alii Orcum uocant. ibi filiam Glaucam Saturno ostendunt, at filium Plutonem celant atque abscondunt. deinde Glauca parua emoritur. 6 haec, ut scripta sunt, Iouis fratrumque eius stirps atque cognatio; in hunc modum nobis ex sacra scriptione traditum est.' 7 item paulo post haec infert: 'deinde Titan postquam resciuit Saturno filios procreatos atque educatos esse clam

Test.: **14–15** *cf.* Isid. orig. 8, 11, 42

1 opim, i *ex* e, D[2] Titan] *pr.* T *in ras.* K*;* Litan S postulauit R ut ipse] uti per se P*;* et i. R[1] ubi DVP *(in ras.)* **2** eorum *s.l.* P[2] opis HMKS **3** ne] non PR **5** ut eis P[ar], uti is R **6** pactum H[1] ut si HM **7** sexus P *(*x *ex* c*)* KS, secum, c *ex* x, R quid *om.* HMKS **8** natos H[ac] S tum *in ras.* V*;* tunc P saturnum V[ac], -ni P[ac] filios H[1] **9** negauerunt H[1] **10** tunc P[ac] saturnum M[ac] conspectu HM **11** cedere P[ac] **12** caelantes PMK saturno HMKS item . . . Saturno *om.* R opis HM **13** parat M[ac] **14** opis HM plautonem *et* plauto P[ar] est latine R **15** Dis pater *edd. (cf. Thes. Onom. III 189, 26–33);* diispater D[1] VP[1]*;* diespiter D[2] P[2] HKSR *Mo;* pariter M **16** plautonem, a *exp.,* P caelant PMKS **17** paruo P[ac] uti VP *(*D *deest)* **18** stirpis R[ar] ex *om.* HMKS **19** traditam HM inferet HM **20** esse *s.l.* P

se, seducit secum filios suos qui Titani uocantur, fratremque suum Saturnum atque Opem comprehendit eosque muro cir-
8 cumegit et custodiam iis apponit.' haec historia quam uera sit, docet Sibylla Erythraea eadem fere dicens, nisi quod in paucis
9 quae ad rem non attinent discrepat. liberatur ergo Iuppiter 5 summi sceleris crimine, quod patrem uinxisse compedibus perhibetur. id enim Titan patruus fecit, quod ille contra pactionem
10 iusque iurandum mares liberos sustulisset. reliqua historia sic contexitur: 'Iouem adultum, cum audisset patrem atque matrem custodiis circumsaeptos atque in uincla coniectos, uenisse cum 10 magna Cretensium multitudine Titanumque ac filios eius pugna
55 uicisse, parentes uinculis exemisse, patri regnum reddidisse at-
11 que ita in Cretam remeasse. post haec deinde Saturno sortem datam, ut caueret ne filius eum regno expelleret; illum eleuandae sortis atque effugiendi periculi gratia insidiatum Ioui, ut 15 eum necaret; Iouem cognitis insidiis regnum sibi denuo uindi-
12 casse ac fugasse Saturnum. qui cum iactatus esset per omnes terras persequentibus armatis, quos ad eum comprehendendum uel necandum Iuppiter miserat, uix in Italia locum in quo lateret inuenit.' 20

Auct.: **4** *cf.* Orac. Sib. 3, 110–153. 199–201 **9–20** Enn. uar. frg. 87–97 Vahlen; Euhem. test. 56. 58 Winiarczyk

1 *ante* se *2 litt. eras.* P*;* se *om.* HM uocabantur HMKS **2** summ *s.l.* K muros KSR **3** iis R[1] *Br,* his R[2] *cet., Mo* storia V[ac] HM *(*D *deest),* ist- P ueram S sint H[ar] M **4** quod in *om.* R **5** rem *om.* R[1], *in mg.* id R[2] liberator R[ac] **6** sceleri D[ac] VP[ac] cumpedibus P[ac] **7** patrus HM **8** ius iurandum VP[ac] *(*D *deest)* **10** in *s.l.* P*, om.* K[1] S uincla R*,* -cula *cet., edd., numero peiore; cf. 5, 22, 14 et epit. 34, 11* **11** cretensilium D[ac] VP[ac] **11–12** pugna uicisse] pugnauisse DV*;* pugnando *tantum* P[1], uicisse *in mg.* P[2] **13** ita *om.* HMKS deinde *del.* D[2] **14** cauerit R filios D[1] *post* eum *exp.* num D pelleret R alendae*, pr.* a *s.l. pro exp.* e *m.1?,* R **15** fugiendi HMKS **16** cognatis P[ac] **17** saturno K[ac] iactamusV[1] omnis DVR

15. Quibus ex rebus cum constet illos homines fuisse, non est obscurum qua ratione dii coeperint nominari. si enim nulli reges ante Saturnum uel Vranum fuerunt propter hominum raritatem, qui agrestem uitam sine ullo rectore uiuebant, non est dubium, quin illis temporibus homines regem ipsum totamque gentem mactare summis laudibus ac nouis honoribus coeperint, ut etiam deos appellarent siue ob miraculum uirtutis – hoc uere putabant rudes adhuc et simplices – siue, ut fieri solet, in adulationem praesentis potentiae siue ob beneficia quibus erant ad humanitatem compositi. deinde ipsi reges cum cari fuissent iis quorum uitam composuerant, magnum sui desiderium mortui reliquerunt. itaque homines eorum simulacra finxerunt, ut haberent aliquod ex imaginum contemplatione solacium, progressique longius per amorem memoriam defunctorum colere coeperunt, ut et gratiam referre bene meritis uiderentur et successores eorum adlicerent ad bene imperandi cupiditatem. quod Cicero de natura deorum docet dicens: ‘suscepit autem uita hominum consuetudoque communis, ut beneficiis excellentis uiros in caelum fama ac uoluntate tollerent. hinc Hercules, hinc Castor, hinc Pollux, hinc Aesculapius, hinc Liber.’ et alio loco: ‘atque in plerisque ciuitatibus intellegi potest acuendae uirtutis

(margin: 1 … 6; line numbers 5, 10, 15, 20; *56*)

Auct.: **17–20** Cic. nat. deor. 2, 62 **21–p. 64, 3** ibid. 3, 50

Test.: **1** §§ 1–13] *cf.* Isid. orig. 8, 11, 1–8 *passim*

2 dii] *alt.* i *in ras. 2 litt.* DP*;* dico V **3** paruitatem HM **5** quiin VP^ar M **6** mactari DVP^ac*;* iactare HMKS ac . . . honoribus *om.* HM **7** ut iam R **7–8** hoc . . . putabant *del.* D^2 **8** adulationes K, -is S **10** iis HMR^1 *Br,* his R^2 *cet., Mo* **11** *post* mortui *eras.* s*?* K*;* mortuis R **12** fixerunt D^ac VP^ac **13** imagine M **14–15** memoriam . . . coeperunt] col- coep- m. d. P **15** gratia ferre HM uidentur R^ac **16** cupiditatem] m *exp.* R quo P^1*, corr.* P^2 **17** docet *om.* KS suscipit R uitam HM **18** excellentis DVP^1 R^1, -tes P^2 HMKSR^2 **20** hinc Pollux] et P. *codd. Cic.* liberum *ut uid.* K alico loco DV **21** *sup.* in *add.* alio et P^2 augendae *codd. Cic.* ueritatis P^1, uirtatis *(sic)* P^2

gratia aut quo libentius rei publicae causa periculum adiret optimus quisque, uirorum fortium memoriam honore deorum immortalium consecratam.' hac scilicet ratione Romani Caesares
7 suos consecrauerunt et Mauri suos reges. sic paulatim religiones esse coeperunt, dum illi primi, qui eos nouerant, eo ritu 5
suos liberos ac nepotes, deinde omnes posteros imbuerunt, et hi tamen summi reges ob celebritatem nominis in prouinciis om-
8 nibus colebantur. priuatim uero singuli populi gentis aut urbis suae conditores, seu uiri fortitudine insignes erant seu feminae castitate mirabiles, summa ueneratione coluerunt, ut Aegyptus 10
Isidem, Mauri Iubam, Macedones Cabirum, Poeni Vraniam, La-
9 tini Faunum, Sabini Sancum, Romani Quirinum, eodem utique modo Athenae Mineruam, Samos Iunonem, Paphos Venerem,
10 Vulcanum Lemnos, Liberum Naxos, Apollinem Delos. sic per populos atque regiones uaria sacra suscepta sunt, dum homines 15
grati esse in suos principes cupiunt et quos alios honores uita
11 carentibus deferant, inuenire non possunt. praeterea pietas eorum qui successerant plurimum contulit ad errorem; qui ut diuina stirpe nati uiderentur, diuinos honores parentibus detu-
57 12 lerunt deferrique iusserunt. an potest aliquis dubitare, quomodo 20
religiones deorum sint institutae, cum apud Maronem legat Aeneae uerba sociis imperantis:

1 aut *om. codd. Cic.* quod HMKS **1–2** adirent optimos quosque HM **2** memoria HMKS **3** consecretam D[1] P, -setcrat- V[ac] ac D[1] VP[ac] R[1], hae K[1] S **4** consecrarunt R mauro suis M **6** omnis DVR[1] hii HM **7** tamen *codd. (i. q.* quidem *ut 2, 11, 13; u. Hofmann-Szantyr 496);* tandem *Hm (qui et* ita *pro* hi*), Br;* tantum *Wissowa 526* nominis] nimis M omnibus *s.l.* P[2] **10** mirabile HM aegypti H, -tiis M **11** isdem K[1] S Iubam] iu *2–3 litt. spatio relicto* R Cabirum] b *ex* p*?* P, gab- KR *(*g *ex* c *m.2),* gabinum S*;* scabrium HM uranum, *alt.* u *in ras.*, P **12** Sabini] ni *s.l.* P[2]*;* -nis K[1] *(alt.* s *del. m.2)* S sanctum DVP*;* fãcum H, faccum M*;* ancum KS romanis K[1] S **13** athenie HM **14** Liberum . . . Delos] a. d. l. n. KS delfos DVP **16** quos *om.* HM **18** successerunt KS **19** honores] errores DVP *ante* parentibus *1 litt. eras.* M*;* a p. H **20** antepost, te *eras.*, S **21** legat] degat KS[ac]

'nunc pateras libate Ioui precibusque uocate
Anchisen genitorem'?

cui non tantum immortalitatem, uerum etiam uentorum tribuit potestatem:

5 'poscamus uentos, atque haec me sacra quotannis
urbe uelit posita templis sibi ferre dicatis.'

idem scilicet de Ioue Liber et Pan et Mercurius et Apollo fecerunt ac postea de his ipsis successores eorum. accesserunt etiam poetae et compositis ad uoluptatem carminibus in caelum 10 eos sustulerunt, sicut faciunt qui apud reges etiam malos panegyricis mendacibus adulantur. 14 quod malum a Graecis ortum est, quorum leuitas instructa dicendi facultate et copia incredibile est quantas mendaciorum nebulas excitauerit. itaque admirati eos et susceperunt primi sacra illorum et uniuersis gentibus 15 tradiderunt. 15 ob hanc uanitatem Sibylla sic eos increpat: 13

Ἑλλὰς δή, τί πέποιθας ἐπ' ἀνδράσιν ἡγεμόνεσσιν;
πρὸς τί δὲ δῶρα μάταια καταφθιμένοισι πορίζεις;
θύεις εἰδώλοις; τίς σοι πλάνον ἐν φρεσὶ θῆκεν *58*
ταῦτα τελεῖν προλιπόντα θεοῦ μεγάλοιο πρόσωπον;

Epit.: 1, 15, 13 sicut . . . 14 excitauerit] *cf.* 59, 8*; u. supra 1, 13, 14*

Auct.: **1–2** Verg. Aen. 7, 133 sq. **5–6** ibid. 5, 59 sq. **16–19** Orac. Sib. 3, 545. 547–549*; de* 549 *u. Br ad l. et in addendis*

Test.: **10–13** *cf.* Isid. orig. 6, 8, 7. 8, 11, 2 *et Br ad l.*

1 nuncupateras P, num p. K[ac] **2** anchisem VP *(*D *inc.),* -sin M **3** *post* cui *s.l.* uero D[2] uenturum R[1], -uram R[2] **5** haec me] hieme S quod annis P[1] HM *ut cod. Verg. P* **6** ueli HM templi DVP[1] **7** libero et pane mercurius HM et *post* Pan *om.* KS **9** etiam . . . compositis] poetae c. *tantum* HM*;* etiam et p. et c. KS uoluptate DV*;* -unt- HM **10** sic S **12** instricta R **13** excitauerint HMR **14** sacra] s. ferae HM gentilibus D **15** ob . . . increpat *om.* DV **16** δε KS ανδραcειν V *(*D *inc.)* **17** δὲ] τε *codd. Sib., Br, Mo* καταφθιμενοιcει DV, -οιc P ποριζει KS **18** δωλοιc DV coιc KS*;* τοι *codd. Sib.* θῆκεν] κε KS **19** προλ(ε)ιποντα *codd. (*ποντα *tantum* R*),* -ποῦσα *uel* -ποῦσι *codd. Sib.* θεοι KS

16 Marcus Tullius, qui non tantum perfectus orator, sed etiam philosophus fuit, siquidem solus extitit Platonis imitator, in eo libro quo se ipse de morte filiae consolatus est, non dubitauit
17 dicere deos qui publice colerentur homines fuisse. quod ipsius testimonium eo debet grauissimum iudicari, quod et augurale 5 habuit sacerdotium et eosdem se colere uenerarique testatur.
18 itaque intra paucos uersiculos duas res nobis dedit. nam dum imaginem filiae eodem se modo consecraturum esse profitetur, quo illi a ueteribus sint consecrati, et illos mortuos esse docuit et
19 originem uanae superstitionis ostendit. 'cum uero' inquit 'et 10 mares et feminas complures ex hominibus in deorum numero esse uideamus et eorum in urbibus atque agris augustissima delubra ueneremur, adsentiamur eorum sapientiae quorum ingeniis et inuentis omnem uitam legibus et institutis excultam consti-
20 tutamque habemus. quodsi ullum umquam animal consecran- 15 dum fuit, illud profecto fuit. si Cadmi progenies aut Amphitryonis aut Tyndari in caelum tollenda fama fuit, huic idem honos
59 certe dicandus est. quod quidem faciam teque omnium optimam doctissimam approbantibus diis immortalibus ipsis in eorum coetu locatam ad opinionem omnium mortalium consecrabo.' 20
21 fortasse dicat aliquis prae nimio luctu delirasse Ciceronem.

Epit.: 1, 15, 16–17] 17, 4 quae . . . sacerdos*; u. infra 1, 17, 1*

Auct.: **1–2** *cf.* Quint. inst. 10, 1, 123 **10–20** Cic. consol. frg. 23 Vitelli = phil. frg. IX 11 Müller

1 marcus KS*,* m̃. DVPHM*,* m. R *edd.* **5** auguriale P*,* -riae R **6** eos HM **8** se *s.l.* P[2] profitetur R*,* -teretur *cet. contra numerum* **9** quod DVP[ac] **11** conpluris DVR[1]*;* cumplures*,* e *ex* i *m.2,* P omnibus P[1]*, corr.* P[2] **13** adsentiam DVP[ac] *(etiam post* n *2–3 litt. eras.),* -amus KS **15** consecrandum] n *s.l.* D *(et* d *ex* t*?)* V **16** illud . . . fuit *om.* H si cadmi *del.* D[2] amphitryones P *(*-fi-*)* H[ac] M*;* Amphionis *ex recc. post alios Vitelli; trad. def. Buen, Mo* **17** tyndaridis HMKS **18** dicandum*,* m *exp.,* M*;* dicendus SR factam DV **19** doctissimamque DVP **21** deliberasse DP[ar]

atquin illa omnis oratio et doctrina et exemplis et ipso loquendi genere perfecta non aegri, sed constantis animi ac iudicii fuit et haec ipsa sententia nullum praefert indicium doloris. 22 neque enim puto illum tam uarie, tam copiose, tam ornate scribere 5 potuisse, nisi luctum eius et ratio ipsa et consolatio amicorum et longitudo temporis mitigasset. 23 quid quod idem dicit in libris de re publica, idem de gloria? nam de legibus, quo in opere Platonem secutus leges uoluit ponere, quibus putaret usuram esse iustam et sapientem ciuitatem, de religione ita sanxit: 'diuos et 10 eos qui caelestes semper habiti sunt colunto et ollos quos endo caelo merita locauerunt, Herculem Liberum Aesculapium Castorem Pollucem Quirinum.' 24 item in Tusculanis, cum diceret totum paene caelum humano genere completum, 'si uero' inquit 'scrutari uetera et ex illis ea quae scriptores Graeciae prodide- 15 runt eruere coner, ipsi illi maiorum gentium dii qui habentur hinc a nobis profecti in caelum reperientur. 25 quare quoniam demonstrantur sepulcra in Graecia, reminiscere, quoniam es *60*

Auct.: **7** de re publica] *cf.* rep. 2, 17–20. 6, 13 de gloria] phil. frg. VIII 14 Müller = 7 Garbarino*; cf. infra ad § 29* **9–12** Cic. leg. 2, 19 **13–p. 68, 2** Cic. Tusc. 1, 29

1 atqui D[1] K*;* anqui M*;* atque S *ante* ipso *in ras.* iu | *(sic ut uid.)* P **1–2** genere loquendi HMKS **2** constanti R[1] **3** iudicium D *(-iti-)* V[ac] P[ac]*;* initium M **4** uariae DVHKS *alt.* tam *s.l.* P **4–5** copiose . . . potuisse] copiosae dicere uoluisse HM **5** luctus HM luctum eius] luctuque S **7** de *post* idem *om.* H[1] **8** usuram *om.* M **9** iustitiam HMKS **10** sunt *om. codd. Cic.* colunto et] colunt R illos D[2] P[pc] *(*i *ex* o*?)* HMKSR endo] in HMKS, uiuendo, ui *s.l. m.1,* R **11** locauerunt *codd. contra numerum;* uocauerint *codd. Cic.;* locauerint *Feldhügel, alii edd. Cic.* **14** iis *codd. Cic.* gratiae P tradiderunt HMKS **15** ipsi *bis* P malorum KS di DV *Br* qui habentur *om.* KS **16** a *om. plurimi codd. Cic.; cf. Pohlenz, ed. Cic. XVI* repperientur DVPR, reperiuntur HMKS quare *om.* P*;* quaere *codd. Cic.* quoniam *del. m. rec.* D*;* quorum *codd. Cic.* **17** demonstrentur *codd. Cic.* reminiscere *om.* P es *s.l.* H[2]

initiatus, quae tradantur mysteriis: tum denique quam hoc late
26 pateat intelleges'. testatus est uidelicet Attici conscientiam, ex
ipsis mysteriis intellegi posse quod omnes illi homines fuerint
qui coluntur, et cum de Hercule Libero Aesculapio Castore Pol-
luce incunctanter fateretur, de Apolline ac Ioue patribus eorum, 5
item de Neptuno Vulcano Marte Mercurio, quos maiorum gen-
27 tium deos appellauit, timuit aperte confiteri. et idcirco ait 'late
hoc patere', ut idem de Ioue ceterisque antiquioribus diis intel-
legamus, quorum memoriam si eadem ratione ueteres conse-
crauerunt, qua se imaginem nomenque filiae consecraturum esse 10
28 dicit, ignosci maerentibus potest, credentibus non potest. quis
enim tam demens, qui consensu et placito innumerabilium stul-
torum aperiri caelum mortuis arbitretur aut aliquem quod ipse
29 non habeat dare alteri posse? apud Romanos deus Iulius, quia
hoc scelerato homini placuit Antonio, deus Quirinus, quia hoc 15
pastoribus uisum est, cum alter gemini fratris extiterit, alter pa-
30 triae parricida. quodsi non consul fuisset Antonius, Gaius Cae-
sar pro suis in rem publicam meritis etiam defuncti hominis
honore caruisset, et quidem consilio Pisonis soceri et Lucii Cae-
saris propinqui, qui uetabant funus ei fieri, et Dolabellae con- 20
sulis, qui columnam in foro id est tumulum eius euertit ac forum

Auct.: **14** §§ 29–33] *ft. ex Cic. De gloria sumpta; cf. Heck, TU 125 (1981), 305–315*

Codd.: **17** *a* gaius *incipit* G *p. 40 maximam partem lecta; hinc extant* G DV P HM KS R

1 initatus DVP tradentur V[ac] tunc P **3** omnes] homines P[ar] H[ar] **6** idem HMKS **8** hunc KS **9** memoria HM **10** consecratum M **12** enim *om.* M placitum HM **14** dari V[ac] P[ac] *(D inc.)* deos P[ac] **17** quodsi non consul *Schöll, Br, Heck l. c. 309 n. 2;* q. c. *tantum* DVP*;* q. c. n. HMKS*;* quod nisi c. R *St 227, Mo* gaius G*;* G. VP *(D deest),* c̃. HM*,* c. KS*, om.* R **18** homines P **19** equidem G pisoni V[ac] soceris DP[ar] lucii G*,* l. *cet.* **20** qui *om.* R*;* idemque HM uetebant P ei *om.* VP *(D deest);* eius R **21** tumultum R[ar]

expiauit. nam Romulum desiderio suis fuisse declarat Ennius, 31
apud quem populus amissum regem dolens haec loquitur:

'o Romule, Romule die,
qualem te patriae custodem dii genuerunt!
5 tu produxisti nos intra luminis oras, *61*
o pater, o genitor, o sanguen diis oriundum.'

ob hoc desiderium facilius creditum est Iulio Proculo mentienti, 32
qui subornatus a patribus, ut nuntiaret plebi uidisse se regem
humano habitu augustiorem eumque mandasse ad populum, ut
10 sibi delubrum fieret, se deum esse et Quirinum uocari, quo 33
facto et ipsi populo persuasit Romulum ad deos abisse et senatum suspicione caedis regiae liberauit.

16. Poteram his quae rettuli esse contentus, sed supersunt 1
adhuc multa suscepto operi necessaria. nam quamuis ipso re- 2
15 ligionum capite destructo uniuersa sustulerim, libet tamen per-

Auct.: **3–6** Enn. ann. 111–114 Vahlen (106–109 Skutsch), *eadem* Cic. rep. 1, 64 *alio uersuum ordine; cf. Heck l. c. 306–314* **7** §§ 32–33] *cf.* Cic. rep. 2, 20 *et Wissowa 525, sed u. ad § 29*

1 namque G, *ft. recte* sius DV*; post* suis *s.l.* deum R[2] **2** docens DV[2] *(* c *s.l. pro* l*)* **3** *alt.* Romule *om.* K[1] S, *s.l.* romule o K[2] diem HM*;* dic KS*;* dee, *pr.* e *ex* i, R[2] **4** dii *codd.;* di *cod. Cic., Br, alii* **5** orans M[ac], horas KS **6** o genitor *cod. Cic., edd. iam illo nondum reperto;* o genitor patriae HM, o patriae *cet. (*G *inc.); cf. Heck l. c. 313 sq.* sanguen GP[1] DVKSR[1] *cod. Cic.,* -guis P[2], -guine HM, -guinem R[2] diis GP[pc] HMR, dis V *(*D *inc.)* P[ac] KS *cod. Cic., edd.* **7** facibus KS Proculo] u *et alt.* o *exp. et s.l.* consuli *m. rec.* P mentiendi KS **8** a patribus VPR *(*G *non legitur,* D *deest);* est a p. HMKS*;* a p. est *recc., edd.; cf. Heck l. c. 305 n. 2* nuntiasse G, *quem hic omnino a cet. discrepare spatiis apparet* se *om.* R **9** angustiorem S **10** *ante* se *s.l.* et *m. rec.* P se . . . esse *om.* D[1], *s.l.* dicens s. d. e. D[2] **13** poteram . . . contentus] p. esse his c. q. r. KS his *codd. (*D *deest),* iis *Br* retuli VPR[pc] *(*e *ex* &*;* G *legi nequit); u. ind. form.* sed *om.* KS **14** suscepto multa KS quamquam HMKS religionis HMKS **15** uniuersas R[ac] *(alt.* s *exp.;* G *inc.,* D *deest), Br numero peiore* sustulerimus KS licet S

sequi cetera et redarguere plenius inueteratam persuasionem, ut
3 tandem homines suorum pudeat ac paeniteat errorum. magnum
hoc opus et homine dignum,

'religionum animos nodis exsoluere pergo',

ut ait Lucretius, qui quidem hoc efficere non poterat, qui nihil 5
ueri adferebat. nostrum est hoc officium, qui et uerum deum
4 adserimus et falsos refutamus. illi ergo, qui poetas finxisse de
diis fabulas opinantur, deas feminas et esse credunt et colunt;
62 reuoluuntur imprudentes ad id quod negauerant, coire illos ac
5 parere. nec enim fieri potest, quin duo sexus generandi causa 10
sint instituti. recepta uero sexuum diuersitate non intellegunt
consequens esse, ut concipiant; quod in deum cadere non potest,
sed isti putant. nam et Iouis esse filios dicunt et ceterorum de-
6 orum. nascuntur ergo et cottidie quidem dii noui. nec enim
uincuntur ab hominibus fecunditate. igitur deorum innumerabi- 15
7 lium plena sunt omnia, nullo scilicet moriente. nam cum ho-
minum uis incredibilis, numerus sit inaestimabilis, quos tamen
sicuti nascuntur mori necesse est, quid deorum esse tandem

Auct.: **4** Lucr. 1, 932 = 4, 7

Codd.: **5** *in* pote | *desinit* G *p. 40, seq. p. 39 maximam partem lecta; hinc extant* G DV P HM KS R

2 pudeat suorum P errorem P[ac] H[ac] **3** hominem H **4** animum *codd. Lucr. utroque loco* **5** ut *om.* HM qui *ante* quidem *om.* G qui *ante* nihil] quia, a *s.l. m.2 uel post.,* P, *Br* **6** adferebant HM **7** ergo] enim HMKS *(*G *non legitur)* **8** opinantur] o. ⟨et tamen⟩ *Br; trad. def. St 228* deas . . . coluntur *in mg.* H[2] et *ante* esse] set M colunt] ol- V*;* cul- P[1] *(corr.* P[2]*; deinde s.l. m. rec.* et*);* coluntur H *(m.2)* M **9** inpudentes R *(*G *non legitur)* illas, a *pro* o, R[2] ac parere] *post* pa *2 litt. eras.* D*;* apparere HM **10** quin] qui DVP[1] *(corr.* P[2]*);* ut HM duos, s *s.l.,* P **10** generandi] gignendi HMKS **11** intellegant *ut uid.* G **13** isti] ut *(s.l.* P[2]*)* i.VP **14** cotidie *codd. (*G *legi nequit), sed cf. 1, 4, 3* **16** *post* moriente *eras.* m*?* D **17** numerus . . . inaestimabilis *om.* R sit *om.* HM **18** nascantur M

putemus, qui tot saeculis nati sunt immortalesque manserunt?
cur ergo tam pauci coluntur? nisi forte arbitramur non generandi (8)
causa, sed tantummodo capiendae uoluptatis duos esse sexus
deorum et ea exercere quae homunculos et facere et pati pudet.
(5) cum uero dicantur aliqui ex aliquibus nati, consequens est, ut (9)
semper nascantur, siquidem aliquando sunt nati, uel si nasci
desierunt, scire nos conuenit, cur aut quando desierint. non (10)
inlepide Seneca in libris moralis philosophiae ‘quid ergo est’
inquit ‘quare apud poetas salacissimus Iuppiter desierit liberos
(10) tollere? utrum sexagenarius factus est et illi lex Papia fibulam
imposuit? an impetrauit ius trium liberorum? an tandem illi
uenit in mentem:

ab alio expectes alteri quod feceris,

et timet, ne quis sibi faciat quod ipse Saturno?’ at isti qui deos (11)
(15) adserunt, uideant quomodo respondeant huic argumento quod *(63)*
inferemus: si duo sunt sexus deorum, sequitur concubitus, si
coeunt, et domos habeant necesse est; nec enim carent uirtute ac
pudore, ut hoc promisce aut in propatulo faciant, sicut muta
facere uidemus animalia. si domos habent, consequens est ut et (12)
(20) urbes habeant, et quidem auctore Nasone, qui ait:

Auct.: **8–14** Sen. frg. 119 Haase*; cf. Lausberg, 1970, 178–182* **13** Publil. sent. A 2; *cf.* Sen. epist. 94, 43

Codd.: **8** *in* seneca | *desinit* G *p. 39; hinc extant* DV P HM KS R

1 putamus HM **2** tam] an HM colantur M **4** deorum *om.* HM et ea *omisisse uid.* G homunculos et] -lo se HM **5** ut] et ut R **6** nascuntur V^{ac} qui quidem HM *post* si *infra lin., i. e. in mg. inf., add.* aliquando P^2 **7** quando desierunt HMKS **7–8** non inlepide *del. et exp.* D inlepide] epid *exp. et s.l.* eg *m. post.* P*;* lepide H *(*-ae*)* M **8** moralibus HM*;* mortalis *ut uid.* K^{ar} **9** aput*,* p *s.l. m.1,* M libere R **10** sexagentrius K *(*u *ex* i *m.1)* S*;* -ginar- R fabulam DP **11** ius trium] *pr.* i *exp. et s.l.* ill*, i.* illustrium *m. rec.* P librorum D^1 P^{ac} S **17** domus VP **18** promiscuę KS*; cf. 1, 20. 31* faciunt P^1*, corr.* P^2 **19** uidemus facere HMKS uideamus D^{ac} VP^{ac}

'plebs habitat diuersa locis, ac fronte potentes
caelicolae clarique suos posuere penates.'

13 si habent urbes, et agros igitur habebunt. iam quis non uidet quae sequantur? arare illos et colere, quod uictus causa fit; ergo 14 mortales sunt. quod argumentum retrouersus idem ualet. si 5 enim agros non habent, ne urbes quidem, si urbes non, ne domos quidem, si domibus carent, ergo et concubitu, si concubitus ab iis abest, et sexus igitur femininus. in diis autem uidemus et 15 feminas esse; ergo dii non sunt. dissoluat hoc argumentum si quis potest. ita enim res rem sequitur, ut haec ultima necesse sit 10 16 confiteri. sed ne illud quidem dissoluet aliquis: ex duobus sexibus alter fortior est, alter infirmior; robustiores enim mares sunt, feminae imbecilliores. imbecillitas autem non cadit in 17 deum, ergo nec feminae sexus. huic additur superioris argumenti extrema illa conclusio, ut dii non sint, quoniam in diis et 15 feminae sunt.

1 17. Ob has rationes Stoici aliouersus deos interpretantur, et quia non peruident quid sit in uero, conantur eos cum rerum naturalium ratione coniungere. quos Cicero secutus de diis ac *64* 2 religionibus eorum hanc sententiam tulit: 'uidetisne igitur, ut 20

Epit.: 1, 17, 1–3] 17, 4*; u. supra 1, 13, 14, infra § 6*

Auct.: **1–2** Ou. met. 1, 173 sq. **20–p. 73, 6** Cic. nat. deor. 2, 70

1 loca R hac HMKS*;* a *plerique codd. Ou., Br* ac fronte] hac parte *unus cod. Ou., Magnus, alii edd. Ou.* potenter M **3** habet D[1] uidet HMR*;* -deat *cet., edd. numero peiore* **4** secuntur R fuit P*;* sit KS **6** enim *om.* KS **6–7** si urbes . . . domos quidem *om.* R **6** *post* urbes non *ft. excidit uerbum, sed non* habent*, quod add. edd.* **7** si concubitus] si et c. HMKS **8** iis R[1], hiis R[2]*,* his *cet., Mo* femininis P[ac] **8–9** in diis . . . esse *om.* KS **9** femininas VP **10** ultimam HM*;* ultim R[1]*,* ad ultimu *(sic)* R[2] **12** sexubus R[ac] **13** sunt] enim*, lin. del. m. rec.,* K*; om.* S **14** superiores*, alt.* e *ex* i *m.1?,* K **15** confusio*,* f *exp.?,* M sit K[ac] **17** aliouersu *(sic)* HM **18** eos] deos R **19** ac] ac de VP *(*D *deest)* **20** eorum *om.* HM uidetis P[1]*(*ne *s.l. m.2?)* V *(*D *deest)*

a physicis rebus bene atque utiliter inuentis tracta ratio est ad commenticios ac fictos deos? quae res genuit falsas opiniones erroresque turbulentos et superstitiones paene aniles. et formae enim nobis deorum et aetates et uestitus ornatusque noti sunt,
5 genera praeterea, coniugia cognationes omniaque traducta ad similitudinem imbecillitatis humanae.' quid planius, quid 3
uerius dici potest? Romanae philosophiae princeps et amplissimo sacerdotio praeditus commenticios ac fictos deos arguit, quorum cultus superstitiones paene aniles esse testatur, falsis
10 opinionibus erroribusque turbulentis implicatos esse homines queritur. nam totus liber tertius de natura deorum omnes fun- 4
ditus religiones euertit ac delet. quid ergo a nobis expectatur amplius? num eloquentia superare possumus Ciceronem? minime id quidem, sed fiducia illi defuit ignoranti ueritatem, quod
15 ipse simpliciter in eodem opere confitetur. ait enim facilius posse se dicere 'quid non sit quam quid sit', hoc est falsa se intellegere, uera nescire. clarum est igitur homines fuisse illos qui 5
dii putantur et eorum memoriam post mortem consecratam. ideo et aetates diuersae sunt et certae imagines singulorum, quod in

Auct.: **15–17** Cic. nat. deor. 1, 60

Codd.: **13** *a* supe]rare [pos]sumus *legitur* G *p. 125 l. 2 (pag. incipere uid. fere a* quid ergo*); hinc extant* G DV P HM KS R

1 a physicis] a ficis *m.1, s.l.* uel a factis uel a fictis *m. rec.,* P tractata R ratio est] -tionem K[1] *(corr. m. rec.),* -cionem S *(*D *deest);* r. sit *codd. Cic.* **2** ac] et *codd. Cic.* senuit K[ac] S falsas *om.* D *(spatio indice)* VP[1] *(in mg.* P[2]*)* **4** uestitos P[1]*, corr.* P[2] **5** cognationes] c. omnes D *(ut uid. spatio indice)* VP **7** rome M principes D[1] V *(sup. alt.* i *eras.* e*?)* P[1] *(corr.* P[2]*)* M **10** erroresque R[ac] esse *om.* P **11** quaeritur DV omnis VR[ac] *(*D *deest)* **12** dolet M **13** num] num in R mine P[1]*, corr.* P[2] **15** se posse R **16** se *s.l.* P[2] dicere *in mg.* P[2] quid *ante* non] quod KS quid *ante* sit] qui V[1] P[1] *(corr.* P[2]*;* D *deest)* est falsa] est est sa *sic* R[1] **18** memoria S **19** aetas P[1]*, corr.* P[2] quod] qui P[1], quia P[2]

eo habitu et aetate simulacra eorum configurata sunt, in qua quemque mors deprehendit.

65 6 Consideremus si placet aerumnas infelicium deorum. Isis filium perdidit, Ceres filiam, expulsa et per orbem terrae iactata 7 Latona uix insulam paruam in qua pareret inuenit. Deum Mater 5 et amauit formosum adulescentem et eundem cum paelice deprehensum exsectis uirilibus semiuirum reddidit et ideo nunc sacra eius a Gallis sacerdotibus celebrantur. Iuno paelices acer- 8 rime persecuta est, quia parere ipsa non potuit ex fratre. 'insulam Samum' scribit Varro 'prius Partheniam nominatam, 10 quod ibi Iuno adoleuerit ibique etiam Ioui nupserit'. itaque nobilissimum et antiquissimum templum eius est Sami et simulacrum in habitu nubentis figuratum et sacra eius anniuersaria nuptiarum ritu celebrantur. si ergo adoleuit, si fuit uirgo primo, postea mulier, hominem fuisse qui non intellegit, pecudem se 15 9 fatetur. quid loquar obscenitatem Veneris omnium libidinibus prostitutae non deorum tantum, sed et hominum? haec enim ex

Epit.: 1, 17, 6–17] 8, 6 – 9, 3 *ordine mutato; u. supra ad 1, 13, 14* 1, 17, 6 Ceres . . . inuenit] *cf.* 9, 1 . . . crimine 7 . . . celebrantur] 8, 6 9 . . . 11 partus] 9, 1 Venus . . . infamis*; cf.* 8, 4 androgynum

Auct.: **10** Varro frg. inc. *(cf. Schwarz, NJPhP Suppl. 16, 1888, 495)*

Codd.: **3** *ab* aerumnas *usque ad § 8* postea G *legi non potest* **15** *a* mulier *incipit* G *p. 126 maximam partem lecta; hinc extant* G DV P HM KS R

2 qua quemque] quacumque V[1]*, in mg.* uel quemcumque V[2] *(*D *deest);* qua quaeque R[1] compraehendit HMKS **3** aerumnas si placet HMKS **4** ceras H*,* ceros M expulsam S iactatam HMS*(˜ del.?)* **5** Deum] dñi *(i.* domini*) potius quam* diũ S*; s.l. add.* pro deorum R **6** formonsum HM*(*u *ex* a*); u. ind. form.* et *ante* eundem *om.* HM pelice VPH *(*D *deest),* pelicę KS*;* police M **7** deprehensum] sum *s.l.* P semiuiuum*, alt.* u *s.l. pro* r*,* S **8** pelices DVPKS*,* pell- M **9** ipsam KS ex patre HM insulsam V[ar] **11** ita P[1]*, corr.* P[2] **12** est eius HM sani M **16** quid] quod V[1] **17** hominum] omnium M

famoso Martis stupro genuit Harmoniam, ex Mercurio Hermaphroditum, qui est natus androgynus, ex Ioue Cupidinem, ex Anchise Aenean, ex Bute Erycem; ex Adonio quidem nullum potuit, quod etiamtum puer ab apro ictus occisus est. 10 quae
5 prima, ut in Historia Sacra continetur, artem meretriciam instituit auctorque mulieribus in Cypro fuit, uti uulgo corpore quaestum facerent. 66 quod idcirco imperauit, ne sola praeter alias mulieres impudica et uirorum appetens uideretur. 11 etiamne haec habet aliquid numinis, cuius plura numerantur adulteria quam
10 partus? sed ne illae quidem uirgines inlibatam castitatem seruare potuerunt, unde enim putemus Ericthonium esse natum? an ex terra, ut poetae uideri uolunt? at res ipsa clamat. 12 nam cum Vulcanus diis arma fecisset eique Iuppiter optionem dedisset praemii quod uellet postulandi iurassetque ut solebat per infer-
15 nam paludem se nihil negaturum, tum faber claudus Mineruae

Epit.: 1, 17, 11 sed . . . 13 humo] 9, 2

Auct.: **5** Enn. uar. frg. 142–145 Vahlen; Euhem. test. 75 a Winiarczyk

Codd.: **12** *ab* at *usque ad § 12* palu]dem G *non legitur*

1 armoniam GMS ex] et P[1], *corr.* P[2] hermaforoditum HM **2** androgynus GVHMK *(*y *in ras. ex* e *uel* i*)* R, -gin- DP, -gen- S cupidinem] cu V[1], pidinem *in spatio uacuo* V[2] ex] et P[1], *corr.* P[2] ex Anchise . . . erycem *in mg. inf.* V[2] **3** anchisae G, -sa KS *(ex* -sã*);* chise R[1] aeneam DV *(m.2)* P R[2] *(*m *ex* n*)* buten GS, -tẽ K erycen P, ergicen R adone, e *m.2 in 2 litt. eras.,* P; Adoneo *coni. Br* **4** quod] qui V *(*D *inc.)* etiam tunc P; etiam *tantum* G ab apro ictus] apro obiectus G ictu HM; getus K, genitus S **5** in *om.* HMKS **6** ut KS uulgato *Crenius, Animaduersiones IX (1701), 63, Br; u. Buen ad l.* **9** habes D nominis DVP[ac] **10** illae] ae *in ras.* V[2], -li P[1], -le P[2] HMKS uirginis HM **11** potuerunt] e *s.l.,* R; potuit HM ericthonium G *(ut uid.)* DVP *epit.;* -rycto- HM, -rychto- K, -richto- SR *Mo;* -richtho- *edd., Br, sed cf. St 228* **12** ut poetae *bis, pr. eras.,* P potae M uidere R at] ad H; aut? S[ac] **13** dedisse P[ac] HM **14** quod] quid HM internam DVP[ac] **15** tum] tunc P

13 nuptias postulauit. hic Iuppiter Optimus Maximus tanta religione constrictus abnuere non potuit, Mineruam tamen monuit repugnare pudicitiamque defendere. tum in illa colluctatione Vulcanum in terram profudisse aiunt, unde sit Ericthonius natus, idque illi nomen impositum ἀπὸ τῆς ἔριδος καὶ χθονός, id est 5
14 ex certamine atque humo. cur igitur uirgo eum puerum cum dracone conclusum et obsignatum tribus uirginibus Cecropidis commendauit? euidens ut opinor incestum, quod nullo modo
15 possit colorari. altera cum paene amatorem suum perdidisset, qui erat 'turbatis distractus equis', praestantissimum medicum 10
Asclepium curando iuueni aduocauit eumque sanatum

67 'secretis alma recondit
sedibus et nymphae Egeriae nemorique relegat,
solus ubi in siluis Italis ignobilis aeuum
exigeret uersoque ubi nomine Virbius esset'. 15

16 quid sibi uult haec tam diligens, tam sollicita curatio? quid secretae sedes? quid relegatio uel tam longe uel ad mulierem uel in solitudinem? quid deinde nominis commutatio? postremo

Epit.: 1, 17, 15–17] 9, 3

Auct.: **10** Verg. Aen. 7, 767 **12–15** ibid. 7, 774–777

Test.: **1** § 13] *cf.* Aug. ciu. 18, 12 p. 271, 11–16

Codd.: **3** *in* conlucta | *desinit* G *p. 126; hinc extant* DV P HM KS R

1 optimus *in mg.* P2 **2** admonuit HM **3** tunc in P in *om.* HM **4** uulcanus S terra HM profundisse DVP*;* effud- *Br cl. epit. et Aug., trad. def. St 234* hericthionus D *(*eri-*)* V *(alt.* h *s.l.)* Pac *(alt.* i *exp., post* n *s.l.* i*);* -ricto- H*,* -rycto- M*;* rychto- KS*,* -richto- R*; cf. § 11* **5** inpositum est id est*, om. graec.,* HM *ad graec. in mg. m.2?* a discordia et terra D **6** ex certamine] exercit- P puero Dac **7** cecopidis Dac*;* cicrop-*, pr.* i *pro* e*,* R2 **9** colocari M **10** turbatus Rac distinctus KS aequis DK **13** nymphiae DVP **14** in] et DVPRac **15** ubi] ibi*, pr.* i *in ras.,* D uiruius HM*;* urbius KS **16** hoc DVPac tam *ante* sollicita *s.l.* P2 sollicitat Dac **18** in] ad HMKS quod deinde Rac

quid equorum tam pertinax abominatio? quid significant haec omnia nisi conscientiam stupri et amorem minime uirginalem? erat plane cur tantum laborem pro tam fideli iuuene susciperet, 17 qui amanti nouercae obsequium pernegarat.

5 18. Hoc loco refellendi sunt etiam ii qui deos ex hominibus 1 esse factos non tantum fatentur, sed ut eos laudent, etiam gloriantur, aut uirtutis gratia ut Herculem aut munerum ut Cererem ac Liberum aut artium repertarum ut Aesculapium ac Mineruam. haec uero quam inepta sint quamque non digna propter 2 10 quae homines inexpiabili se scelere contaminent hostesque uero deo fiant, quo contempto mortuorum sacra suscipiunt, ex singulis rebus ostendam uirtutem esse dicunt quae hominem tollat 3 in caelum, non illam de qua philosophi disserunt, quae posita est in bonis animi, sed hanc corporalem quae dicitur fortitudo. quae 15 quoniam praecipua in Hercule fuit, immortalitatem meruisse creditur. quis tam stulte ineptus est, ut corporis uires diuinum 4 uel etiam humanum bonum iudicet, cum sint et maiores pecudibus attributae et uno morbo saepe frangantur uel senectute ipsa minuantur et corruant? itaque idem ille cum deformari 5 *68*

Epit.: 1, 18, 5–6] *cf.* 7, 5. 14, 5 *et supra 1, 13, 14*

Codd.: **12** *ab* tendam *redit* B *fol. 13 (cf. supra 1, 11, 55); hinc extant* B DV P HM KS R

1 abhominatio DVP[ac]*;* abnegatio HM *ante* quid *eras.* quae D haec *om.* KS **2** conscientia S **3** tantum] tum *s.l.,* P **4** qui amanti] quia mandatis*,* s *s.l. m.2,* R pernegaret V[1] **5** loco *in ras.* V[2] ii R[1] *Br,* hii DVHMR[2] *Mo,* hi *cet.* **7** gratiam M **10** inexpiabilis P[ar] se *om.* HMK[1] *(add. m. rec.)* S deo uero D *(extat* uero fiant*)* VP **11** contemptu P[ac] M *(*-mt-*)* emortuorum M sacras D[ac] P[ar] suspiciunt V[1] **13** caelo P[ac] deserunt D[1]*;* dixerunt KS **14** animis DVP **15** herculem P[ar] **16** stultae B[ar] PKS est *om.* HM **18** uno] uiro KS franguntur B[1]*, corr.* B[2] **18–19** ipsa senectute D *(ante* minuantur *extat* e*)* VP *(*sa *s.l.)* HM*;* senectutem ipsam KS[ar] **19** idem *om.* KS deformare R

ulceribus toros suos cerneret, nec sanari se uoluit nec senem
6 fieri, ne quando se ipso minor aut deformior uideretur. hunc a
rogo, quo uiuum se ipse combusserat, escendisse in caelum pu-
tauerunt eaque ipsa, quae stultissime sunt admirati, simulacris et
imaginibus expressa et consecrata posuerunt, ut in perpetuum 5
uanitatis illorum monumenta perstarent, qui ob necem bestiarum
7 deos fieri credidissent. sed haec fortasse Graecorum culpa sit,
8 qui res leuissimas pro maximis semper habuerunt. quid nostri?
num sapientiores? qui athleticam quidem uirtutem contemnunt,
quia nihil obest, sed regiam, quia late solet nocere, sic admiran- 10
tur, ut fortes ac bellicosos duces in deorum coetu locari arbitren-
tur; nec esse ullam aliam ad immortalitatem uiam quam exer-
citus ducere, aliena uastare, delere urbes, oppida excindere, li-
9 beros populos aut trucidare aut subicere seruituti. uidelicet quo
plures homines adflixerint spoliarint occiderint, eo se nobiliores 15
et clariores putant et inanis gloriae specie capti sceleribus suis
10 nomen uirtutis imponunt. iam mallem ut a ferarum caedibus
deos sibi fingerent quam immortalitatem tam cruentam proba-
rent. si quis unum hominem iugulauerit, pro contaminato ac
nefario habetur nec ad terrenum hoc domicilium deorum admitti 20
eum fas putant. ille autem qui infinita hominum milia trucidarit,
cruore campos inundauerit, flumina infecerit, non modo in tem-
11 plum, sed etiam in caelum admittitur. apud Ennium sic loquitur
Africanus:

1 thoros VP *(D deest)* sanum B noluit P^{ac} semen V^{1} **2** a] e P **3** combusserit K^{ac} escendisse B^{1} V *(D deest)* R^{ac}*,* asc- B^{3} P^{pc} *(ex* acc-*)* HMKSR^{pc} *ft. recte; cf. 1, 10, 9* **4** stultissima P **6** monimenta R^{2} praestarent *ut uid.* P^{ac} **8** pro maximis] proximis B^{1} *(corr.* B^{2}*)* M quid] quod P^{ac} **9** athleticam *in mg. post ultimam lin.* P*;* athlic- DV **10** regem KS noceret K **11** ut *s.l.* K hac KS^{ar} **14** populus M subicere] c *in ras. ex* g*?* B*;* -iec- VP *(*D *deest)* quod R^{ar} **15** pluris DVP^{1} *(corr.* P^{2}*)* R eo se] eos et *(s.l. m.3)* B*;* eos H^{ac} **16** captis VP^{ar} **19** iugulauerit] rit *in ras., infra lin. in mg. inf.* uiderint *(inc. quo pertineat)* D^{2} hac MKS **21** putat KS milia hominum HM **22** inundarit HMKS

'si fas endo plagas caelestum ascendere cuiquam est, *69*
mi soli caeli maxima porta patet',

scilicet quia magnam partem generis humani extinxit ac perdidit. o in quantis tenebris, Africane, uersatus es uel potius o poeta, 12
5 qui per caedes et sanguinem patere hominibus ascensum in caelum putaueris! cui uanitati etiam Cicero adsensit. 'est uero' 13 inquit 'Africane; nam et Herculi eadem ista porta patuit', tamquam ipse plane, cum id fieret, ianitor fuerit in caelo. equidem 14 statuere non possum dolendumne potius an ridendum putem,
10 cum uideam graues et doctos et ut sibi uidentur sapientes uiros in tam miserandis errorum fluctibus uolutari. si haec est uirtus 15 quae nos immortales facit, mori equidem magis uelim quam exitio esse quam plurimis. si aliter immortalitas parari non 16 potest nisi per sanguinem, quid fiet, si omnes in concordiam
15 consenserint? quod certe fieri potest, si pernicioso et impio furore proiecto innocentes esse ac iusti uelint. num igitur nemo 17 erit caelo dignus? num peribit uirtus, quia hominibus in homines

Auct.: **1–2** Enn. uar. frg. 23 sq. Vahlen *ex* Cic. rep.*; u. § 13* **6–7** Cic. rep. frg. 6 *(*3, 40 *inserendum; cf. Heck, WS 83, 1970, 172 sq.)*

1 fas endo P^{pc} HM, f. est do DVP^{ac}, faciendo BKSR caelestium B^{1} PKS*;* caelum*, lineolis ante* plagas *transpos.,* B^{2} cuiquam] nefasciquam B^{1}*;* nefasquidquam B^{2} est *ex* ast*?* B^{2} **2** mihi P *(*hi *s.l. m. rec.)* HM maxi | ma patet*, om.* porta*,* K^{1}*, in mg.* mapor K^{2} *(deinde* | ma p *del.?)* patet *in mg.* S^{2} **3** quia] quam B^{ac} hac K perdit B^{1}*, corr.* B^{3} **4** in *s.l.* B^{3} o *ante* poeta *eras.* P **6** putaberis HM cicero *om.* KS uerum R^{2} **7** et *om.* HM potuit H **8** genitor H et quidem HMKS*; deinde s.l.* quia D^{2} **9** stat uerum non M **10** uideas HM doctores KS uiderentur R sapientis DVP^{1} *(corr.* P^{2}*)* **11** mirandis B^{1}*, corr.* B^{3}*;* miserans K^{1} *(corr. m. rec.)* S*,* -ramdis R errorem D^{1} V uoluntari V^{ac} R^{ar} **11–13** si . . . plurimis *in mg.* V^{2} **12** more KS quidem DVPKS magis uelim BD^{2}*;* mauelim D^{1} VP^{2} HMK *Mo;*; malim P^{1} *edd., Br;* mauelis S*;* uelim R*; cf. Heck, 1992, 595* **14–15** nisi . . . potest *om.* M **15** concesserint HKS potest *codd. (etiam* P*), Mo;* -terit *edd., Br* **16** uoluerunt HM **17** uirtus] iustus KS quoniam HMKS

saeuire non dabitur? sed isti qui euersiones urbium populorumque summam gloriam computant, otium publicum non ferent, rapient saeuient et iniuriis insolenter inlatis humanae societatis
70 foedus inrumpent, ut habere hostem possint, quem sceleratius deleant quam lacessierunt 5

18 Nunc ad reliqua pergamus. nomen deorum Cereri ac Libero traditio munerum fecit. possum diuinis docere litteris uinum atque fruges ante progeniem Caeli atque Saturni fuisse in usu
19 hominum, sed ab his sane inuenta esse fingamus. num potest plus aut maius uideri collegisse fruges iisque fractis panem fa- 10 cere docuisse aut uuas de uitibus lectas expressisse uinumque fecisse quam fruges ipsas aut uites generasse ac protulisse de
20 terra? reliquerit haec sane deus humanis ingeniis eruenda, tamen fieri non potest, quin ipsius sint omnia, qui et sapientiam tribuit homini, ut inueniret, et illa ipsa quae possent inueniri. 15
21 artes quoque inuentoribus suis immortalitatem peperisse dicuntur, ut Aesculapio medicina, Vulcano fabrica. colamus igitur et illos qui fullonicam sutrinamue docuerunt. cur autem figulinae

Codd.: **13** *a* terra *incipit* G *p. 151; hinc extant* B G D V P H M K S R

1 seruire B[1], *corr.* B[3] **2** odium B **4** haberent M[ac] quem] quam V *(*D *inc.);* quem ⟨non⟩ *Thilo, Br; cf. Mo ad l.* sceleratus V[1] P **5** quem K S lacessierunt B V P[ac] R *Mo,* -rint P[pc] *edd., Br;* -sserunt H M, -sserint K *(pro* int *s.l.* ant*? m.2)* S *(*D *macula obscuratus)* **6** peragamus P celeri D V P[1] *(corr.* P[2]*)* **7** possumus K S litteris docere B **8** Caeli] caereri H M*;* cereris K S usum B S **9** iis R[1], hiis R[2] num] non P H M, nam K[1] S potes H **10** autem K[1] iisque *edd.,* isque R, hisque *cet., Mo* fractis] fructibus B[1], *corr.* B[3] **11** expresse B[1], *corr.* B[2] uinumque fecisse *s.l. m.2?* D **12** aut] atque R **13** reliquit B*;* -linquerit D V[ar] *(*-uaer-*),* -linquerint P[ar] hominum H M erudienda B G H M **15** et *ante* illa *om.* H M possint B G inuenire V[1] **16** *ante* artes *in mg. sup. ins.* primus inuenit *m.1?* P artis R[ac] quodque H[ar] M reperisse H M R **17** aescolapio G, scol- H M uulcano *codd. (etiam* B G*),* Volc- *Br* **18** sutrinamque B[ar] P, strinamque G figulis, s *s.l. pro del.* ne, K[2]

repertori honos non habetur? an quia isti diuites uasa Samia contemnunt? 22 sunt et aliae artes, quarum repertores humanae uitae plurimum profuerunt. cur non et illis attributa sunt templa? 23 sed nimirum Minerua est quae omnes repperit, ideoque illi opi-5 fices supplicant. ergo ab his sordibus Minerua ascendit in caelum. 24 est uero cur quisquam derelinquat eum qui terram cum animantibus, caelum cum astris et luminibus exorsus est, ut eam *71* ueneretur quae telam docuit ordiri? 25 quid ille qui uulnera in corporibus sanare docuit? num potest esse praestantior quam qui 10 corpora ipsa formauit, sentiendi ac uidendi rationem dedit, herbas denique ipsas et cetera quibus medendi ars constat excogitauit ac protulit?

19. 1 At enim dicet aliquis et huic summo, qui fecit omnia, et illis, qui partim profuerunt, suam uenerationem esse tribuendam. 15 2 primum nec factum est umquam, ut qui hos coluit, etiam deum coluerit, neque fieri potest, quoniam si honos idem tribuitur aliis, ipse omnino non colitur, cuius religio est illum esse unum ac solum deum credere. 3 clamat summus poeta eos omnes 'qui inuentas uitam excoluere per artes' apud inferos esse ipsumque 20 illum 'repertorem medicinae talis et artis ad Stygias undas

Auct.: **18–19** Verg. Aen. 6, 663 **20–p. 82, 1** ibid. 7, 772 sq.

Codd.: **16** *in* potest| *desinit* G *p. 151, seq. p. 152 maximam partem lecta*

1 repertorum KS uasa Samia] uasam nimiam*, pr. et tert.* m *exp.,* R **3** et *s.l.* R[2] **4** nimirum *om.* KS omnis R[ac] **5** is R[1] escendit DVR[1]*; cf. 1, 10, 9* **6** uero] ergo HM relinquat R **7** celum . . . luminibus *in mg.* S[2] cum *om.* B liminibus V[1] **8** ueneraentur P telam] eam *ut uid.* G quid] quia B[1] G*;* quam B[3] in] uel KS **9** corpore B nare B[1]*, corr.* B[3] praesentior*, alt.* e *in ras.,* P *post* quam *in fine col. 2 litt. (*qu*?) eras.* B **10** ipsa] sua i. K uidendi] ui *s.l.* P*;* uiuendi KSR[2] *(*d *s.l. pro* u*), Br cl. 2, 11, 6* **11** ipsa ceteraque HM **12** ac] atque VP *(*D *deest)* **14** esse *om.* V **15** quis P **16** idem] inde HM *ante* aliis *s.l.* ab B[3] **18** omnis DVP[1] *(corr.* P[2]*)* **19** inuentam B *(*G *inc.);* -tes H inferas V[1] **20** talis et *om.* BG artis] a *s.l. pro eras.* e*?* B

fulmine esse detrusum', ut intellegamus quantum ualeat 'pater
4 omnipotens', qui etiam deos fulminibus extinguat. sed homines
ingeniosi hanc secum habebant fortasse rationem: quia deus ful-
minari non potest, apparet non esse factum. immo uero quia
5 factum est, apparet hominem fuisse, non deum. mendacium 5
poetarum non in facto est, sed in nomine; metuebant enim ma-
lum, si contra publicam persuasionem faterentur quod erat ue-
6 rum. quodsi hoc constat inter ipsos, ex hominibus deos factos,
cur ergo non credunt poetis, si quando illorum fugas et uulnera
72 7 et mortes et bella et adulteria describunt? quibus de rebus 10
intellegi datur non potuisse ullo pacto fieri deos, quia ne ho-
mines quidem probi fuerunt eaque in uita sua gesserunt, quae
mortem pariunt sempiternam.

1 20. Venio nunc ad proprias Romanorum religiones, quoniam
de communibus dixi. Romuli nutrix Lupa honoribus est adfecta 15
2 diuinis, et ferrem, si animal ipsum, cuius figuram gerit. sed
auctor est Liuius Larentinae esse simulacrum et quidem non
corporis, sed mentis ac morum. fuit enim Faustuli uxor et prop-

Epit.: 1, 20, 1–42] 15, 1 – 16, 4 *ordine mutato* 1, 20, 1–4] 15, 1–2

Auct.: **1** Verg. Aen. 7, 770 **9–10** illorum . . . describunt] *cf.* Cic. nat. deor. 1, 42 **17** Liu. 1, 4, 7

Codd.: **8** *post* deos *(p. 34) in* K *excidit fol. unum usque ad 1, 20, 23* humanum hoc **10–13** *in* G *§ 7 legi non potest* **18** *in* m[entis *desinit* G *p. 152; hinc extant* B DV P HM S R

1 flumine DP esse *codd. (in* G *pr.* s *inc.; in* D *inter* flumine *et* ut *perierunt fere 12 litt.), om. Br ex errore, inde Mo* ualet KS **2** fluminibus D **3** saeculum M habeant BKSR, habent HM *(*G *inc.)* qua H **4** uero] u. etiam BG **6** facto . . . nomine] f. s. i. n. est HMKS **8** hoc] hc̃ KS *(i. e.* hoc *ut uid.; cf. 1, 20, 12 et 21, 6)* **9** ego B[1]*, corr.* B[2] **10** et bella] ac b. HMS **11** qui HS, que M nec B*; cf. 1, 6, 7* **13** pariant B **14** ueniamus HM **16** figura S **17** libius DVHMS tarentinae DVP*;* laur- H[ar] equidem BG

ter uulgati corporis uilitatem lupa inter pastores id est meretrix nuncupata est; unde etiam lupanar dicitur. 3 exemplum scilicet Atheniensium in ea figuranda Romani secuti sunt, apud quos meretrix quaedam nomine Leaena cum tyrannum occidisset, 5 quia nefas erat simulacrum constitui meretricis in templo, animalis effigiem posuerunt cuius nomen gerebat. 4 itaque ut illi monumentum ex nomine, sic isti ex professione fecerunt. huius nomini etiam dies festus dicatus est et Larentinalia constituta. 5 nec hanc solam Romani meretricem colunt, sed Faulam quoque, 10 quam 'Herculis scortum fuisse' Verrius scribit. iam quanta ista immortalitas putanda est, quam etiam meretrices adsequuntur? 6 *73* Flora cum magnas opes ex arte meretricia quaesiuisset, populum scripsit heredem certamque pecuniam reliquit, cuius ex annuo faenore suus natalis dies celebraretur editione ludorum, quos 15 appellant Floralia. 7 quod quia senatui flagitiosum uidebatur, ab ipso nomine argumentum sumi placuit, ut pudendae rei quaedam dignitas adderetur. deam finxerunt esse quae floribus praesit eamque oportere placari, ut fruges cum arboribus aut uitibus bene prospereque florescerent. 8 eum colorem secutus in Fastis

Epit.: 1, 20, 5–6] 15, 3

Auct.: **10** Verr. Fl. frg. inc. *(ex Fastis? cf. Dihle, RE VIII A 1637)* **19–p. 84, 3** Ou. fast. 5, 195–212

Test.: **1–2** *cf.* Aug. ciu. 18, 21 p. 283, 21 sq.*;* Isid. orig. 18, 42, 2

3 figurando S **4** laena B^1, *corr.* B^2 **5** qua V^1 eras P^{ac} constituit S **6** cui S **7** monimentum*,* i *ex* u*,* DR **8** nomine HM et *om.* S Larentinalia] *ante* r *1 litt. eras.* H constituta] c. sunt H *(*a *pro* i*,* sunt *s.l. m.2)* M **9** meretricem Romani HMS sed] s. et HM Faulam *om.* S*;* Faustulam*,* stu *s.l.,* B^2*; cf. St 229* **9–10** quoque quam] quodquae H^{ar} *(*d *eras.)* M **10** uerius B^{ac} DS ista *s.l.* S*;* est ista P **11** est *om.* P **12** *ante* Flora *s.l.* ut S^2 **13** scribit H^1 certa qui S relinquit B^{ar} **14** fenore BHMS, foen- P sui B quas HM **15** appellauit S senatus P **16** summi R pudenda aerei*,* i *exp.,* D **17** fixerunt V^1 **18** aut *bis, pr. exp.,* D*;* ac R

poeta non ignobilem nympham fuisse narrauit quae sit Chloris uocitata eamque Zephyro nuptam quasi dotis loco id accepisse
9 muneris a marito, ut haberet florum omnium potestatem. honeste quidem ista dicuntur, sed inhoneste turpiterque creduntur nec debent, cum ueritas quaeritur, huiusmodi nos uelamenta de- 5
10 cipere. celebrantur ergo illi ludi conuenienter memoriae meretricis cum omni lasciuia. nam praeter uerborum licentiam, quibus obscenitas omnis effunditur, exuuntur etiam uestibus populo flagitante meretrices, quae tunc mimarum funguntur officio et in conspectu populi usque ad satietatem impudicorum luminum 10
11 cum pudendis motibus detinentur. Cloacinae simulacrum in Cloaca Maxima repertum Tatius consecrauit et quia cuius esset effigies ignorabat, ex loco illi nomen imposuit. Pauorem Pallo-
12 remque Tullus Hostilius figurauit et coluit. quid de hoc dicam nisi dignum fuisse qui semper deos suos, sicut optari solet, prae- 15 sentes haberet? ab hoc illud Marci Marcelli de consecratione Honoris atque Virtutis honestate nominum differt, re congruit.
74 13 eadem uanitate Mentem quoque inter deos senatus collocauit, quam profecto si habuisset, eiusmodi sacra numquam suscepis-
14 set. 'magnum' Cicero 'audaxque consilium suscepisse Grae- 20

Epit.: 1, 20, 11 . . . imposuit] 15, 4 11 Pauorem . . . 13 suscepisset] 15, 6 *mutato ordine*

Auct.: **20–p. 85, 2** Cic. frg. inc., *uix ex* leg. 2, 28 *uel* nat. deor. 2, 61

1 cloris B, loris HM **2** numtam P quae si DV accepisset R **5** uelamine HM **6** conuenientes HM **7** omnia B[ac] qui M **8–9** flagitante populo BR **9** officia S **11** mortibus *ut uid.* B[1], *corr.* B[2] **12** tatzius HM esse R[ac] **13** pallorem HM **14** tullius PD[2] HMR **15** praesentes] sed *(exp. et eras.)* secum B **16** hoc] hc̃ S*; cf. 1, 19, 6* Marci B*;* m̃. DVPHM, m. SR **17** uirtutes DVP[1] *(corr.* P[2]*)* honestatem R, honeste HM differt re] t *eras.* R, differre BH *(*-ere*)* M; d. et S **18** quodque H[ar] M sanatus D **19** profecto si] -tosibi, o *exp.*, V **20** magnum . . . audaxque *in ras.* V[2] cicerone B[1], *corr.* B[3]

ciam' dicit, 'quod Cupidinum et Amorum simulacra in gymnasiis consecrasset'. adulatus est uidelicet Attico et inrisit hominem familiarem. (15) non enim magnum illud aut omnino consilium dicendum fuit, sed impudicorum hominum perdita et deplorata nequitia, qui liberos suos, quos erudire ad honestatem deberent, prostituerunt libidini iuuentutis; a quibus flagitiorum deos et in illis potissimum locis, ubi nuda corpora corruptorum luminibus patent, et in illa coli aetate uoluerunt, quae simplex et improuida prius inretiri et in laqueos potest cadere quam cauere. (16) quid mirum si ab hac gente uniuersa flagitia manarunt, apud quam uitia ipsa religiosa sunt eaque non modo non uitantur, uerum etiam coluntur? et ideo huic sententiae, tamquam Graecos prudentia uinceret, adiecit: 'uirtutes enim oportere, non uitia consecrari'. (17) quod si recipis, o Marce Tulli, non uides fore ut inrumpant uitia cum uirtutibus, quia mala bonis adhaerent et in animis hominum potentiora sunt? quae si uetas consecrari, respondebit tibi eadem illa Graecia se alios deos colere ut prosint, alios uero ne noceant. haec enim semper excusatio est eorum qui mala sua pro diis habent, ut Romani robiginem ac febrem.

Epit.: 1, 20, 17 robiginem . . . 20 careas] *cf.* 16, 1 . . . 2 Febrem

Auct.: **13–14** Cic. leg. 2, 28

Codd.: **2** *a* |cet attico *incipit* G *p. 50 maximam partem lecta; hinc extant* BG DV P HM S R

1 cymnasiis VP *(*D *inc.)* **2** consecrassent HM derisit HMS **3** illum G **5** qui] qua H honestate*,* te *inc.,* G*;* honesta DVP **6** flagitio eorum V **8** quem S **9** quas S^ac cauere] uidereri*,* re *exp. et eras.,* B *(*G *non legitur)* **10** diuersa B **11** uetantur HM **13** uirtus B^1*, corr.* B^2 **14** consecrare M^ac *codd. Cic.* Marce B *(*G *inc.),* m̃. DVPHM*,* m. SR **16** uetustas B^ar *post* consecrari *1 litt. eras.* B **17** ibi HM **18** uero *om.,* ne *s.l.* V *(m.2)* P *(*D *deest)* excusatio semper HMS est excusatio B *(*G *inc.)* eorum est S **19** malas S^ar sua *om.* S rubiginem DVPS*,* robigine H

75 18 si ergo uitia consecranda non sunt, in quo tibi adsentior, ne uirtutes quidem. non enim per se sapiunt aut sentiunt neque intra parietes aut aediculas luto factas, sed intra pectus collocandae sunt et interius comprehendendae, ne sint falsae, si extra ho-
19 minem fuerint collocatae. itaque praeclaram illam legem tuam 5 derideo quam ponis his uerbis: 'ast olla, propter quae datur homini ascensus in caelum, Mentem Virtutem Pietatem Fidem, earumque laudum delubra sunto.' atquin haec separari ab ho-
20 mine non possunt. si enim colenda sunt, in homine ipso sint necesse est. si autem sint extra hominem, quid opus est ea colere 10 quibus careas? uirtus enim colenda est, non imago uirtutis, et colenda est non sacrificio aliquo aut ture aut precatione sollem-
21 ni, sed uoluntate sola atque proposito. nam quid est aliud colere uirtutem nisi eam comprehendere animo ac tenere? quod unus quisque simulac coepit uelle, consequitur. hic solus uirtutis 15 est cultus; nam religio ac ueneratio nulla alia nisi unius dei
22 tenenda est. quid igitur opus est, o uir sapientissime, superuacuis extructionibus loca occupare quae possint humanis usibus cedere? quid sacerdotes constituere uana et insensibilia culturos? quid immolare uictimas? quid tantos sumptus uel fingendis uel 20
23 colendis imaginibus impendere? firmius et incorruptius templum est pectus humanum. hoc potius ornetur, hoc ueris illis

Auct.: **6–8** Cic. leg. 2, 19

Codd.: **4** *in* extra| *desinit* G *p. 50, seq. p. 49, in qua nonnulla legi possunt* **22** *a* potius *redit* K *p. 35 (cf. supra 1, 19, 6)*

1 consecrata V^{ac} non *s.l.* M adsentio BGD ne *in ras.* P^{2} **2** aut sentiunt *s.l.* B^{3} **3** aedificulas B^{ar} G factos H **6** his] in his BG illa BGR propter *s.l.* P **7** in] ad HMS **8** earundem HM sunto, o *eras.*, BP *(G inc.);* sunt. o DVR*;* sunt HMS **9** sic enim M **10** sin autem MS **15** simulac coepit B^{1} G*;* simul ut occoepit B^{2}*;* simul accepit DVPS*;* simulat. coepit HM*;* simul aut cepit, a *eras.*, R **17** est *post* opus *om.* R **18** loca *s.l.* S **19** cadere HM uana] una D^{1} cultoros B^{1} *(corr.* B^{2}*;* G *inc.)* V^{1} **20** sumptos B^{1} *(corr.* B^{3}*)* P^{1} *(corr.* P^{2}*)* M^{ac} **22** pectus] corpus HM

numinibus impleatur. has ergo falsas consecrationes sequitur 24
quod necesse est. qui enim sic uirtutes colunt, id est qui umbras 76
et imagines uirtutum consectantur, ea ipsa quae uera sunt tenere
non possunt. itaque nulla in quoquam uirtus est, uitiis ubique 25
5 dominantibus, nulla fides, omnia pro se quoque rapiente, nulla
pietas, nec consanguineis nec parentibus parcente auaritia et cu-
piditate in uenena et in ferrum ruente, nulla pax, nulla concor-
dia, publice bellis saeuientibus, priuatim uero inimicitiis usque
ad sanguinem furentibus, nulla pudicitia, libidinibus effrenatis
10 omnem sexum et omnes corporis partes contaminantibus. nec 26
tamen desinunt ea colere quae fugiunt et oderunt. colunt enim
ture ac summis digitis, quae sensibus intimis colere debuerunt.
qui error omnis ex illius principalis ac summi boni ignoratione
descendit. urbe a Gallis occupata obsessi in Capitolio Romani 27
15 cum ex mulierum capillis tormenta fecissent, aedem Veneri
Caluae consecrauerunt. non igitur intellegunt, quam uanae sint 28
religiones uel ex eo ipso, quod eas his ineptiis cauillantur. a 29
Lacedaemoniis fortasse didicerant deos sibi ex euentis fingere.
qui cum Messenios obsiderent et illi furtim deceptis obsessori-
20 bus egressi ad diripiendam Lacedaemonem cucurrissent, a Spar-
tanis mulieribus fusi fugatique sunt. cognitis autem dolis 30

Epit.: 1, 20, 24–25] *cf.* 16, 1 Fidem . . . 2 execranda 27] 15, 3 . . . posuerunt

Codd.: **3** *in* imagines | *desinit* G *p.49; hinc extant* B DV P HM KSR

1 numinibus B, nom- *cet. (*G *inc.)* **2** qui *post* est] quia V **3** uirtutem H consecrantur, ur *exp. m.2,* R **4** nullo B **5** quemque HM rapiente *om.* KS **6** parcent B*;* non p. HM **7** *ante* pax *s.l.* est D[2] **9** *post* nulla *s.l.* est D[2] **11** *ante* ea *eras.* ut B **12** dicitis R[ar], dictis R[pr] colere *codd., Mo, seruandum putamus cl. § 20;* horrere *recc. (alii* horrescere*; u. Buen ad l.), edd., Br* colere *hic falso repetitum rati (cf. § 24* falsas consecrationes*)* **14** a *om.* KS **15** capillis] calis KS **16** consecrarunt B *(*-sacr-*)* DVP *Br numero peiore; cf. St 229* sunt KS **17** ineptis HM **18** didicerunt B **20** lacedaemonum M spartanibus KS **21** fugatiue R

hostium Lacedaemonii sequebantur. his armatae mulieres obuiam longius exierunt. quae cum uiros suos cernerent parare se ad pugnam, quod putarent Messenios esse, corpora sua nudauerunt. 31 at illi uxoribus cognitis et aspectu in libidinem concitati, 77 sicuti erant, armati permixti sunt, utique promisce – nec enim 5 uacabat discernere –, 32 sicut iuuenes ab isdem antea missi cum uirginibus, ex quibus sunt Partheniae nati. propter huius facti memoriam aedem Veneri Armatae simulacrumque posuerunt. quod tametsi ex causa turpi uenit, tamen honestius uidetur armatam Venerem consecrasse quam caluam. 10 33 eodem tempore Ioui quoque Pistori ara posita est, quod eos in quiete monuisset, ut ex omni frumento quod habebant panem facerent et in hostium castra iactarent, eoque facto soluta esset obsidio desperantibus Gallis inopia subigi posse Romanos. 34 quae ista religionum derisio est? si earum defensor essem, quid tam grauiter queri 15 possem quam deorum numen in tantum uenisse contemptum, ut turpissimis nominibus ludibrio habeatur? 35 quis non rideat

Epit.: 1, 20, 33] 15, 5 item . . . discesserant 34] 16, 3 . . . dicere 35–36] 16, 2 Fornacem . . . fratrem *mutato ordine*

Auct.: **10** § 33] *cf.* Ou. fast. 6, 349–394

Test.: **9–10** turpi . . . caluam] *cf.* Ps. Cypr. idol. 4 p. 22, 3 sq.

1 hostias K *(alt.* s *s.l. inc.)* S iis HM **2** parere*?* D[ac] **4** cognotis D[1] V[pc] P, -natis V[ac] et] ex HM libidine B cogitati D[1] VP[1] *(corr.* P[2]*)* **5** armati, i *in ras. m.2,* P *edd.,* -tae *cet.;* armate *uult Heck cl. 3, 17, 24* uarie *pro falso trad.* uariae*; antea dist. Buen.* commixti HM promiscue K *(*u *s.l. m.1)* S*; cf. 1, 16, 11* **6** uacabant R discere B[ac] sicuti HM*;* sic S hisdem B *(*h *s.l. m.2)* K *(*h *s.l. m.1)* S missi cum] m. admixti H, m. admixtum M **7** parthenii P[2] **8** aedem] hae a. KS simulacrum P[ac] **9** quodam etsi B euenit HM **10** quam] quod M caluam *eras. et in mg.* nudam *m. rec.* K **11** quodque H[ac] M **13** esse B obsidione, ne *s.l. m.2,* B **14** subici R **15** derisio] diũsio K, diũsi S si] et si KS quaeri BDVPMR **16** nomen BVP[2] R *(*D *deest);* nomina P[1] **17** turpissimi K[1] S haberetur HM

Fornacem deam uel potius doctos uiros celebrandis Fornacalibus operari? quis cum audiat deam Mutam, tenere risum queat? hanc esse dicunt ex qua sint Lares nati et ipsam Laram nominant uel Larundam. quid praestare colenti potest quae loqui non pot-
5 est? 36 colitur et Caca, quae Herculi fecit indicium de furto boum, diuinitatem consecuta quia prodidit fratrem, et Cunina, quae infantes tuetur in cunis ac fascinum submouet, et Stercutus, qui stercorandi agri rationem primus induxit, et Tutinus, in cuius *78* sinu pudendo nubentes praesident, ut illarum pudicitiam prior
10 deus delibasse uideatur, et mille alia portenta, ut iam uaniores qui haec colenda susceperint quam Aegyptios esse dicamus, qui monstruosa et ridicula quaedam simulacra uenerantur. 37 et haec tamen habent aliquam imaginem. quid qui lapidem colunt informem ac rudem cui nomen est Terminus? hic est quem pro
15 Ioue Saturnus dicitur deuorasse nec immerito illi honos tribuitur. 38 nam cum Tarquinius Capitolium facere uellet atque in eo loco multorum deorum sacella essent, consuluit eos per auguria, utrum Ioui cederent, et cedentibus ceteris solus Terminus mansit. unde illum poeta ‘Capitoli immobile saxum’ uocat. 39 iam ex

Epit.: 1, 20, 37 lapidem . . . 41 lapis] 16, 3 Terminum . . . proroget

Auct.: **1–3** *cf.* Ou. fast. 2, 523–532. 583–616 **19** Verg. Aen. 9, 448

Test.: **7–8** Isid. orig. 17, 1, 3

1 doctus D[1] M[ac], -tis R[ac] furnacalibus DVP, fornec- KS*;* -nacibus HM **3** ex] et B[1]*, corr.* B[2] ipsum HM larem HMR **4** larunda S quae] qui HMKS **5** caeca BP[2] H, cecera M herculis P[ar] facit HM indicio VP[1] *(corr.* P[2]*;* D *deest)* **6** diuinitatem] in d. HM consecrata HM cuma B **7** fuscinum P stercutus P[2] KSR *epit.,* -culus VP[1] HM *(*D *deest);* -cus B*; cf. Heck, 1972, 178* **8** Tutunus *coni. Br* **9** *sup.* pudendo *m. post.* uel pendendo P pudicicia S **10** deliuasse B[1]*, corr.* B[3]*;* deli asse *(post* i *spatium)* R uidetur B[1]*, corr.* B[2] **11** dedicamus DVP[ar] **12** monstrusa B[ac], -rosa VPR *(*D *deest)* ueneratur K[ac] **13** quid] d *s.l. pro eras. litt.* B[2] **17** esse B[1]*, corr.* B[2] **18** caederent B[ac] DVM, cęd- PK, cad- H **19** illam M capitolii BKS

hoc ipso quam magnus Iuppiter inuenitur, cui non cessit lapis, ea fortasse fiducia, quod illum de paternis faucibus liberauerat.
40 facto itaque Capitolio supra ipsum Terminum foramen est in tecto relictum, ut quia non cesserat, libero caelo frueretur, quo
41 ne ipsi quidem fruebantur qui lapidem frui putauerunt. et huic 5 ergo publice supplicatur quasi custodi finium deo, qui non tan-
42 tum lapis, sed etiam stipes interdum est. quid de his dicas qui colunt talia nisi ipsos potissimum lapides ac stipites esse?

1 21. Diximus de diis ipsis qui coluntur. nunc de sacris ac mysteriis eorum pauca dicenda sunt. apud Cyprios humanam 10 hostiam Ioui Teucrus immolauit idque sacrificium posteris tra-
2 didit; quod est nuper Hadriano imperante sublatum. erat lex
79 apud Tauros inhumanam et feram gentem, ut Dianae hospites immolarentur, et id sacrificium multis temporibus celebratum
3 est. Galli Esum atque Teutaten humano cruore placabant. ne 15 Latini quidem huius immanitatis expertes fuerunt, siquidem La-
4 tiaris Iuppiter etiamnunc sanguine colitur humano. quid ab his boni precantur qui sic sacrificant? aut quid tales dii praestare hominibus possunt, quorum poenis propitiantur? sed de barbaris non est adeo mirandum, quorum religio cum moribus congruit. 20

Epit.: 1, 21, 1–40] 18, 1–11 1, 21, 1 . . . tradidit] 18, 1 2–3] 18, 2 . . . est

Auct.: **15** Esum . . . placabant] *cf.* Lucan. 1, 444 sq.

2 eo P **4** cessarat K[1], -ssarant S **6** custodiam B[ar] tantum *s.l.* D **7** stipes] tribus HM his *codd.* (D *deest), Mo;* iis *edd.* **8** talia] alia K[1] S ipso H potissimos M stirpes HM **9** istis P sacrificiis HM ac] ac de P **10** Cyprios] c. autem VP *(et* D *spatio indice);* cyrios R **11** teucrius B*;* -chrus VP *(*D *inc.)* **12** est *om.* HM imperatore HM rex P **13** taurios*,* i *s.l. m.2,* B*;* tauras DVP*;* taracas *sic ex* tauros R[2] uti DVP*;* et K[1] S **14** immolaretur R[1] **15** est] s *s.l.* B[2] aesum BR theutaten B, -tanten DV, -tantem P*;* utaten HM placebant M **17** quid] q. talibus HM ab his] a diis HMKSR **18** bonis B[ar] quid] qui HK[1] S **19** hominibus *om.* KS

nostri uero qui semper mansuetudinis et humanitatis sibi gloriam uindicauerunt, nonne sacrilegis his sacris immaniores repe- riuntur? ii enim potius scelerati sunt habendi, qui cum sint liberalium disciplinarum studiis expoliti, ab humanitate descis- cunt, quam qui rudes et imperiti ad mala facinora bonorum ignoratione labuntur. apparet tamen antiquum esse hunc immolandorum hominum ritum, siquidem Saturnus in Latio eodem genere sacrificii cultus est, non quidem ut homo ad aram immolaretur, sed ut in Tiberim de ponte Muluio mitteretur. quod ex responso quodam factitatum Varro auctor est; cuius responsi ultimus uersus est talis:

καὶ κεφαλὰς Ἀίδῃ καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα,

id est hominem. quod quia uidetur ambiguum, et fax illi et homo iaci solet. uerum id genus sacrificii ab Hercule, cum ex Hispania rediret, dicitur esse sublatum, ritu tamen permanente ut pro ueris hominibus imagines iacerentur e scirpo, ut Ouidius in Fastis docet:

‘donec in haec uenit Tirynthius arua, quotannis
tristia Leucadio sacra peracta modo.

Epit.: 1, 21, 6–7] 18, 2 etiam . . . deiciebantur

Auct.: **10** Varro] *cf. Macr. Sat. 1, 7, 28–31 et M. Wifstrand Schiebe, RhM 142, 1999, 189–209* **18–p. 92, 2** Ou. fast. 5, 629–632

1 magnitudinis M humanitas P gloria S **2** uindicarunt PHMKS sacris legis D^ar VP^1; -rilegiis P^2 KS repperiuntur BDVP^ar HMR **3** ii R^1, hii BDVR^1, hi *cet., Mo* scelerandi P **4** expolitis KS^ar; -liati B^ar H^ar MR^ar humanitati R^1 **6** hunc] hc̃ S; *cf. 1, 19, 6* **8** iram, i *in ras. m.2,* S **9** uti DVP ponente B^ar molbio DVP, molu- KSR^2 *(*o *ex* u*); delere uult Br cl. epit.; cf. Heck-Wlosok, 1996, 150* **10** quidam HM, quidem KS **12** αιδη DVPR, ιδε B, εδε KS; *cf. Macr. § 28* καὶ] cε KS το BKS πεμπεται DVP φοτα KS **13** id . . . hominem *om. edd., del. Br* illi et] illa sed HM **14** solebat KS; sosolebat HM **15** redire P^1, *corr.* P^2 **16** excirpo B^1 KS, exsc- B^2; idcirco HM **18** quod annis BVPHM **19** tristitia B leucadia H

illum stramineos in aquam misisse Quirites,
Herculis exemplo corpora falsa iaci.'

9 haec sacra Vestales uirgines faciunt, ut ait idem:
'tum quoque priscorum uirgo simulacra uirorum
mittere roboreo scirpea ponte solet.' 5

nam de infantibus qui eidem Saturno immolabantur propter
dum student id quod falso susceperant confirmare, et sensibilem esse mundum et deum, non uiderunt argumentorum suorum consequentia. 34 nam si mundi pars est homo et sensibilis est mundus, quia homo sentit, ergo quia mortalis est homo, mortalis 5 sit et mundus necesse est nec tantum mortalis, sed et omnibus morbis passionibusque subiectus. 35 et e contrario si deus est mundus et partes eius utique immortales sunt, ergo et homo deus est, quia pars est ut dicitis mundi. si homo, ergo et iumenta et pecudes et cetera genera bestiarum et auium et piscium, quo- 10 niam et illa eodem modo sentiunt et mundi partes sunt. 36 at hoc tolerabile est; nam et haec colunt Aegyptii, sed res eo peruenit, ut et ranae et culices et formicae dii esse uideantur, quia et ipsis inest sensus et ex parte mundi sunt. ita semper argumenta ex falso petita ineptos et absurdos exitus habent. 37 quid quod idem 15 ipsi aiunt deorum et hominum causa mundum esse constructum quasi communem domum? ergo mundus nec deus est nec animans, si constructus est. animans enim non construitur, sed nascitur, et si est aedificatus, sic utique tamquam domus, tamquam nauis. est ergo aliquis artifex mundi deus et seorsum erit mun- 20 dus qui factus est, seorsum ille qui fecit. 38 iam illud quam repugnans et absurdum, quod cum caelestes ignes ceteraque mun-

Codd.: **13** *a* |menta *incipit* G *p. 144 usque ad § 37* enim non cons *lecta; ex § 41 legitur* partes . . . quia*; extant* BG DV P HM KS R

1 susceperat V[ac] et *om.* BR sensibile BKS **3** et *om.* B **4** sentit . . . homo *om.* P homo *post* est *om.* B **5** et *post* sit *s.l.* M et *post* sed *om.* P **6** morbis *in mg.* P[2] subiectis K[ac] **7** eius *s.l.* B[2] **8** uti B dictis K[ac] ergo homo HMKS **9** quoniam] quia B **10** at] ad B[1] *(corr.* B[3]*)* DVPKS **12** ipse V[1] **13** ex parte] ex *s.l.* P[2]*;* partes*,* s *exp.,* B*, unde* -tes *edd.* ex] et B **14** *post* absurdos *fere 8 litt. eras.* H quid quod] quicquid HM[ac] idem *om.* KS **15** ipsi *om.* BG **16** commune HM **17** si . . . animans *in mg. inf.* P[2] animas K[ac] enim *om.* PHM **19** et *om.* P seorsus HMKS *ut l. 20* **19–20** erit . . . seorsum *s.l.* P[2] **20** quia RM est] e. et B quam] qua K[1] S[1] **21** cum] qui B ceteraque quae P

di elementa deos esse adfirment, idem mundum ipsum deum
121 dicunt! quomodo potest ex multorum deorum aceruo unus deus
39 confici? si astra dii sunt, mundus ergo non deus, sed domicilium deorum est. si uero mundus deus est, ergo illa omnia quae
sunt in eo non dii sunt, sed dei membra, quae utique sola dei 5
40 nomen accipere non possunt. nec enim recte quis dixerit membra hominis unius multos homines esse. sed tamen non est similis comparatio animalis et mundi. animal enim quia sensu
praeditum est, etiam membra eius habent sensum nec nisi a
41 corpore diuulsa brutescunt. cuius igitur rei similitudinem gerit 10
mundus? nimirum ipsi docent, cum factum esse non diffitentur,
ut esset diis et hominibus quasi communis domus. si ergo est
constructus ut domus, nec ipse deus est nec elementa, quae sunt
partes eius, quia neque domus habere dominium sui potest ne-
42 que illa de quibus domus constat. non tantum igitur ueritate, 15
sed etiam uerbis suis reuincuntur. sicut enim domus in usum
habitandi facta per se nihil sentit dominoque subiecta est, qui
eam fecit aut incolit, ita mundus per se nihil sentiens factori deo
subiacet, qui eum in usum sui fecit.

1 6. Duplici ergo ratione peccatur ab insipientibus, primum 20
quod elementa id est dei opera deo praeferunt, deinde quod
elementorum ipsorum figuras humana specie comprehensas
2 colunt. nam solis lunaeque simulacra humanum in modum

Codd.: **14** *a* potest *incipit* G *p. 143 paene tota lecta*

1 esse] eos DV adfirmant B **2** dicant HM unius P^ar^ **3** astra] s *in ras. 2–3 litt.* P **5** sola dei HMKS*;* solidii DV*;* solidi BPR **8** sensum H^ar^ K^ar^ S **9** praedictum D^ar^ **9–10** a corpore] corpora KS **10** diuulso V[1] *post* brutescunt *s.l. add.* diuisa *(sic ut uid.)* B[3] **14** neque *om.* R dominum DV *post* sui *ins.* non R[2] **15** domus *om.* KS **16** *post* uerbis *eras.* e*?* V reuincitur B[1], *corr.* B[3] *(*G *inc.)* sic S[1] enim] igitur P usu HMKS **17** per *om.* P **18** facit B[1] *(corr.* B[3]*)* G **20** pronum M **21** quod elemta *(sic)* . . . deinde *in mg. inf. signis* hd· *et* hs· *datis* B[3]*;* quod . . . id] elementa quod P deo *s.l.* K **22** conpraehensos B[1], *corr.* B[3]*;* -prensas P

formant, item ignis et terrae et maris, quae illi Vulcanum Vestam Neptunum uocant, nec elementis ipsis in aperto litant. tanta homines imaginum cupiditas tenet, ut iam uiliora ducantur illa quae uera sunt; auro scilicet et gemmis et ebore delectantur. *122*
5 horum pulchritudo ac nitor praestringit oculos nec ullam religionem putant ubicumque illa non fulserint. itaque sub obtentu deorum auaritia et cupiditas colitur. credunt enim deos amare quidquid ipsi concupiscunt, quidquid est propter quod furta et homicidia et latrocinia cottidie saeuiunt, propter quod bella per
10 totum orbem populos urbesque subuertunt. consecrant ergo diis manubias et rapinas suas, quos certe necesse est imbecillos esse ac summae uirtutis expertes, si subiecti sunt cupiditatibus. cur enim caelestes eos putemus, si desiderant aliquid e terra, uel beatos, si aliqua re indigent, uel incorruptos, si uoluptati habent
15 ea in quibus appetendis cupiditas hominum non immerito damnatur? ueniunt igitur ad deos non tam religionis gratia, quae nulla potest esse in rebus male partis et corruptibilibus, quam ut aurum oculis hauriant, nitorem leuigati marmoris aut eboris aspiciant, ut insignes lapillis et coloribus uestes uel distincta
20 gemmis fulgentibus pocula insatiabili contemplatione contrectent. et quanto fuerint ornatiora templa et pulchriora simulacra,

Epit.: 2, 6, 2 tanta . . . 3 fulserint. 6] 20, 14 . . . 15 pulchritudine

Codd.: **13** *in* enim *desinit* G *p. 143; hinc extant* B DV P HM KS R

1 ignes V *(*D *deest)* illis S^1 **2** ipsis *om.* P aperto] euento *(*u *in ras. m.2)* a. B **3** hominem V^1 imaginem D^1 V^1 K^1 iam] etiam HMS **4** et *ante* gemmis *om.* HMKS **5** ac nitor] agni- DV praestingit B^1 *(*r *s.l.* B^2*)* M oculos] o. nec oculos G **6** fulserit R **8–9** furta . . . quod *om.* P **9** et *ante* latrocinia *om.* HM*;* uel KS cottidie*, pr.* t *euan. uel eras.,* B*;* cotid- *cet., sed cf. 1, 4, 3* **10** populosque K^1 **11** inbeccillos BG*; cf. 1, 3, 3* **13** caelestis V^1 si] qui KS e] de PR^2 *Br, Mo, numero peiore* **14** uoluntati*,* n *ex* p*,* B^3 **15** damnetur M **17** esse potest B pactis KS corruptilibus PR **18** auriant K *(*n *s.l.)* S **19** insignis P lapillos P*;* -lli H^{ac} M^{pc} *(ex* labelli*)* **21** et *om.* P ornatiora] ra *in fine lin. add. m.1 uel 2* B

tanto plus maiestatis habere creduntur. adeo religio eorum nihil
7 est aliud quam quod cupiditas humana miratur. hae sunt religiones, quas sibi a maioribus suis traditas pertinacissime tueri ac defendere perseuerant, nec considerant quales sint, sed ex hoc ueras ac probatas esse confidunt, quod eas ueteres tradiderunt, 5
tantaque est auctoritas uetustatis, ut inquirere in eam scelus esse ducatur. itaque creditur ei passim tamquam cognitae ueritati.
8 denique apud Ciceronem sic dicit Cotta Lucilio: 'habes, Balbe,
123 quid Cotta, quid pontifex sentiat. fac nunc ego intellegam quid tu sentias; a te enim philosopho rationem religionis accipere 10
debeo, maioribus autem nostris etiam nulla ratione reddita cre-
9 dere.' si credis, cur ergo rationem requiris, quae potest efficere ne credas? sin rationem quaerendam putas, ergo non credis; ideo
10 enim quaeris, ut eam sequare, cum inueneris. docet ecce te ratio non esse ueras deorum religiones. quid facies? maioresne 15
potius an rationem sequeris, quae quidem tibi non ab alio insinuata, sed a te ipso inuenta et elata est, cum omnes religiones
11 radicitus eruisti? si rationem mauis, discedere te necesse est ab institutis et auctoritate maiorum, quoniam id solum rectum est,

Auct.: **8–12** Cic. nat. deor. 3, 6

1 credantur R **2** quod cupiditas] c. quam ratio B **3** ac *s.l.* D **5** ueras ac probatas] p. atque u. DV **6** tanta P[1], *corr.* P[2] in *om.* B ea HMKS sceleris B **7** dicatur BV **8** sic dicit *om.* B[1], *post* lucilio *ins.* B[3] lucio HM habes Balbe] h *et alt.* e *in ras.* V[2] **9** ergo *codd. Cic. potiores* intellego P tu quid *codd. Cic.* **10** a te] ait HM*;* at R philosophus B[1], *corr.* B[3] **10–11** accipere debeo religionis *codd. Cic.* **11** maioribus] a m. HM uestris S ratio HM[1] credere] -ret DV *(s.l.* uel em*, i. e.* crederem V[2]*);* rationis est c. P*;* -de HM **12** requires P **13** sin DV *Br,* si *cet., St 232, Mo; cf. 3, 19, 10* rationem] r. requiris et P **14** enim] ergo HM sequaris V[2] ecce] etce DV[1] **15** religiones deorum DV facias B **16** non tibi HMKS ab *om.* P insinuatam B[ar] **17** et *om.* D lata B[ac]*;* eleta P[ac] omnis R[1] **18** eruistis D[ar]*;* seruisti R **19** auctoritatem D[ar]

quod ratio praescribit; si autem pietas maiores sequi suadet, fatere igitur et illos stultos fuisse, qui excogitatis contra rationem religionibus seruierunt, et te ineptum, qui id colas quod falsum esse conuiceris. 12 sed tamen quoniam nobis tantopere maiorum nomen opponitur, uideamus tandem qui fuerint maiores illi, a quorum auctoritate discedi nefas ducitur. 13 Romulus urbem conditurus pastores inter quos adoleuerat conuocauit cumque is numerus condendae urbi parum idoneus uideretur, constituit asylum. eo passim confugerunt ex finitimis locis pessimi quique *124* sine ullo condicionis discrimine. 14 ita conflauit ex his omnibus populum legitque in senatum eos qui aetate anteibant et patres appellauit, quorum consilio gereret omnia. de quo senatu Propertius elegiarum scriptor haec loquitur:

> ‘bucina cogebat priscos ad uerba Quirites,
> centum illi in prato saepe senatus erat.
> curia, praetexto nunc quae nitet alta senatu,
> pellitos habuit, rustica corda, patres.’

15 hi sunt patres, quorum decretis eruditi ac prudentes uiri deuotissime seruiant, idque uerum atque immutabile omnis posteritas

Auct.: **6–12** *cf.* Liu. 1, 8, 5–7*; ad* pessimi quique *cf.* Min. Fel. 25, 2 **14–17** Prop. 4, 1, 13 sq. 11 sq. *hoc ordine*

1 ratione perscribit HM autem] enim HMKS pietas . . . sequi] ueritas maior est quae *ex* p. m. s. B[3]*;* p. maioris s. D[ac] V*;* p. maior esse qui *(*quae H[ac]*)* H[pc] M fate P **2** stultus V[ac] *(*D *inc.)* **3** qui id] quid H[ac] R[1]*;* quod R[2] **4** conuinceris D[2] HMKSR tamen *om.* M quoniam] quia R **5** tamen BDVP quid BHM **6** disceri P[1], -cedi P[2], discedendi P[3] R *(*s *s.l. m.2?)* orbem H[1] M[1] **7** cum B[1], *corr.* B[3] **8** condenda P[1], *corr.* P[3] urbis HM constituitur B **10** iis R, *ft. recte* **11** senatu P quia K[1] S[ar] anteibat K[ac] **12** consilia M gerere H[ac] M senatum H[ac] M[ac] propersius, *pr.* s *ex* t, B[2] **13** elegiacorum, *sed* eg *eras.,* B **15** pratos R erant HMKSR *ut recc. Prop.; cf. Fedeli (1984) ad l.* **16** quae nunc *codd. Prop.* senatus B[ar] **17** pellutos B[1], *corr.* B[2] **18** hii P *post* eruditi *1–2 litt. eras.* V ac *om.* P **19** seruiebant, e *s.l. m.2,* B*;* -iunt HMKS itque P[1], *corr.* P[3]

iudicet, quod centum pelliti senes statutum esse uoluerunt; quos tamen, ut in primo libro dictum est, Pompilius inlexit, ut uera 16 esse crederent sacra quae ipse tradebat. est uero quod illorum auctoritas tanti habeatur a posteris, quos nemo cum uiuerent neque summus neque infimus adfinitate dignos iudicauit. 5

1 7. Quare oportet in ea re maxime, in qua uitae ratio uersatur, sibi quemque confidere suoque iudicio ac propriis sensibus niti ad inuestigandam et perpendendam ueritatem quam credentem 2 alienis erroribus decipi tamquam ipsum rationis expertem. dedit omnibus deus pro uirili portione sapientiam, ut et inaudita 10 inuestigare possent et audita perpendere. nec quia nos illi temporibus antecesserunt, sapientia quoque antecesserunt, quae si *125* omnibus aequaliter datur, occupari ab antecedentibus non pot- 3 est. inlibabilis est tamquam lux et claritas solis, quia ut sol 4 oculorum sic sapientia lumen est cordis humani. quare cum 15 sapere id est ueritatem quaerere omnibus sit innatum, sapientiam sibi adimunt qui sine ullo iudicio inuenta maiorum probant 5 et ab aliis pecudum more ducuntur. sed hoc fallit, quod maiorum nomine posito non putant fieri posse, ut aut ipsi plus sapiant, quia minores uocantur, aut illi desipuerint, quia maiores 20 6 nominantur. quid ergo impedit, quin ab ipsis sumamus exemplum, ut quomodo illi quae falsa inuenerant posteris tradiderunt, sic nos qui uerum inuenimus posteris meliora tradamus?

2 in primo libro] 1, 22, 1–8

1 iudicat HMKS **2** ut *s.l.* P^2 inlexit] ille i. B **3** quod] quo P **4** quos . . . uiuerent *om.* HM **5** infirmus S^{ar} adfinitatem P^{ac} iudicabat HM **6** maxima R, *ft. recte* **7** confiderem P^{ac} **8** et perpendendam *om.* P **9** erroris B^1, *corr.* B^2 decepi, i *s.l.,* B^1, *corr.* B^3 ipsam B experte K^1 S **10** portione] ratione R **11** inuestigare . . . audita *in mg. inf. signis* hd *et* hs *datis* B^3 perpenderent, *pr.* r *in ras.,* pen *s.l. m.3?,* B **12** quodque H^{ar} M si *in fine lin.* B^2 **14** est] et P^1, *corr.* P^2 **17** iuenta B^{ac} **18** hoc] h. eos B **20** desipierint HM **21** quin] quid HM^{ac} **22** ut] et HMKS **23** uera M damus HM

Superest ingens quaestio, cuius disputatio non ab ingenio, sed a scientia uenit. quae pluribus explicanda erit, ne quid omnino dubium relinquatur. nam fortasse aliquis ad illa confugiat, quae a multis et non dubiis traduntur auctoribus, eos ipsos, quos do- 5 cuimus deos non esse, maiestatem suam persaepe ostendisse et prodigiis et somniis et auguriis et oraculis. et sane multa enu- merari possunt digna miraculo, in primis illud, quod Attus Na- uius summus augur cum Tarquinium Priscum moneret, ut nihil noui facere inciperet, nisi prius esset inauguratus, eique rex artis 10 eius eleuans fidem diceret ut consultis auibus renuntiaret sibi, utrumne fieri posset id quod ipse animo concepisset, adfirma- retque Nauius posse, 'cape igitur' inquit 'hanc cotem eamque nouacula dissice'. at ille incunctanter accepit ac secuit. deinde illud quod Castor et Pollux bello Latino apud lacum Iuturnae 15 uisi sunt equorum sudorem abluentes, cum aedes eorum quae iuncta fonti erat sua sponte patuisset. idem bello Macedonico equis albis insidentes Publio Vatieno Romam nocte uenienti se

(margin: 7; 8; 9 *126*; 10)

Epit.: 2, 7, 7 – 13, 13 *passim*] 22, 1–8 *ordine mutato, nonnullis aliunde additis* 2, 7, 7] 22, 1 . . . oraculo

Auct.: **1** §§ 7–23 *passim*] *cf.* Min. Fel. 7, 3–5 **7** § 8] *cf.* Liu. 1, 36, 3–4. Val. Max. 1. 4, 1 (ap. Nepotian. p. 18, 19 – 19, 18. Paris p. 18, 1–8) **13** §§ 9–10] *cf.* Cic. nat. deor. 2, 6. Val. Max. 1, 8, 1

Codd.: **14** *a* bello *(non a § 8* hanc*; sic Br) incipit* G *p. 116 magnam partem lecta (§§ 10–11 plurima inc.); extant* BG DV P HM KS R

1 dispositio HM **2** ab *ex* a B[3] **3** nam *om.* HM **4** docui P **5** per se saepe KS **6** somnis HM numerari B **7–8** attius naeuius B*;* atus nau- H[ac] M **8** summus *om.* B **9** noui *om.* R incipere B[1]*, corr.* B[3] **11** utrum HM possit P **12** naeuius B accipe B hanc inquit *(*t *ex* d *m.3)* P *ad* cotem *s.l.* lapidem V[2] meamque B **13** at] t *ex* d P[3]*,* ad M illa K[1] S ac] et HMKS **14** castore R[ar] lacus B diuturnae HM*;* saturni BG*;* iuriri KS **15** sudore B aedis P[1]*, corr.* P[3] **16** iunctae MKS erant HMKSR[ac] patuissent HMKS **17** albinis H[ac] M publio BHM*,* p. *cet. (*G *inc.)* atieno B[1]*, corr.* B[3]*;* bat- HM aduenienti B

obtulisse dicuntur nuntiantes eo die regem Persen uictum atque
captum; quod paucis post diebus litterae Pauli uerum fuisse do-
11 cuerunt. illud etiam mirabile, quod simulacrum Fortunae Mu-
liebris non semel locutum esse traditur, item Iunonis Monetae,
cum captis Veiis unus ex militibus ad eam transferendam missus 5
iocabundus ac ludens interrogaret utrumne Romam migrare
12 uellet, uelle respondit. Claudia quoque proponitur in exem-
plum miraculi. nam cum ex libris Sibyllinis Idaea Mater esset
accita et in uado Tiberini fluminis nauis qua uehebatur haesisset
nec ulla ui commoueretur, Claudiam ferunt, quae semper im- 10
pudica esset habita ob nimios corporis cultus, deam submissis
genibus orasse, ut si se castam iudicaret, suum cingulum seque-
retur; ita nauem, quae ab omni iuuentute non ualuit commoueri,
13 ab una muliere esse commotam. illud aeque mirum, quod lue
saeuiente Aesculapius Epidauro accitus urbem Romam diuturna 15
127 14 pestilentia liberasse perhibetur. sacrilegi quoque numerari pos-

Epit.: 2, 7, 14] 22, 1 tum . . . commiserant

Auct.: **3** § 11] *cf.* Val. Max. 1, 8, 4 *et* 3 **7** § 12] *cf.* Liu. 29, 10, 4 sq. *(uix 29, 14, 5–14)*. Ou. fast. 4, 290–328*;* cingulum sequeretur] Min. Fel. 27, 4 **14** § 13] *cf.* Val. Max. 1, 8, 2

1 nuntiasset*, post* u *3–4 litt. litura opertae,* B ea B per se VP *(*D *deest),* -sem HM^{1}*,* -sẽ R inuictum V *(*D *inc.);* quo u. KS **2** Pauli] pauli publi praesidis KS *(*-diis*);* publ- praes- *tantum* HM **3** mirabilem K^{1} formae B^{3} *(*m *s.l. pro* tun*)* HM muliebre P*;* -ieris HM **4** item] et B monitae B*; om.* HM **5** cum] quod B captis Veiis] captiuis HM Veiis] thebis *ex* ueiis B^{3}*;* ueis V*(*D *inc.);* uegiis S militis P^{1} *(corr.* P^{3}*)* K^{1} S*;* milibus H^{ac} M **6** interrogaret HMKS *Br,* -uit *cet. (*G *inc.), Mo uix recte ante* romam *2 litt. eras.* B **7** uelle *om.* HM *post* respondit *s.l.* uolo M quodque H^{ar} M **8** sidea DV *(*-dęa*);* ideam HM*;* deum R *(cf. 1, 17, 7)* **9** tiberi P quam B^{ar} **10** claudia S fuerunt D^{ar} M^{ac} **12** adorasse HM*;* orasset S **13** ab *ante* omni *om.* HM **14** lues D^{ar}*,* luae VP^{ar}*;* luce M^{ac} **15** saeueniente V aescolapius*, pr.* a *s.l. et pr.* s *ex* x *m.3,* o *ex* u *m.1 uel 2,* B **16** sacrilegi] *ult.* i *in ras. m.3* P quodque H^{ac} M^{ac}*;* quoquo R^{1}

sunt, quorum praesentibus poenis iniuriam suam dii uindicasse creduntur. Appius Claudius censor cum ad seruos publicos 15 sacra Herculis transtulisset, luminibus orbatus est et Potitiorum gens, quae prodidit, intra unius anni tempus extincta est. item 16
5 censor Fuluius cum ex Iunonis Laciniae templo marmoreas tegulas abstulisset, quibus aedem Fortunae Equestris quam Romae fecerat tegeret, et mente captus est et amissis duobus filiis in Illyrico militantibus summo animi maerore consumptus est. praefectus etiam Marci Antonii Turullius cum apud Coos euerso 17
10 Aesculapii luco classem fecisset, eodem postea loco a militibus Caesaris interfectus est. his exemplis adiungitur Pyrrhus, qui 18 sublata ex thesauro Proserpinae Locrensis pecunia naufragium fecit ac uicinis deae litoribus inlisus est, ut nihil praeter eam pecuniam incolume reperiretur. Ceres quoque Milesia multum 19
15 sibi apud homines uenerationis adiecit. nam cum ab Alexandro capta ciuitas esset ac milites ad eam spoliandam inrupissent,

Auct.: **2** § 15] *cf.* Val. Max. 1, 1, 17 **4** § 16] *cf.* ibid. 20 **9** § 17] *cf.* ibid. 19 **11** § 18] *cf.* ibid. 1, 1 ext. 1 **14** § 19] *cf.* ibid. ext. 5 (ap. Nepotian. p. 13, 16–18. Paris p. 13, 10–11)

Codd.: **2** *in* cre| *desinit* G *p. 116; seq. p. 115, in qua pauca ex §§ 15 et 19 et § 20 legi possunt; ceterum extant* B DV P HM KS R

1 quorum] in quo HM praesentia, a *ex* bus, B[3] diu indicasse DV*;* diis u. KS **2** ad . . . publicos] aduersus responsum P *(ex falsa lectione compendii?); adu- resp- ad s. p. edd.* **3** luminibus] et l. HMKS est *om.* HM potitiorum GDV, potior- B, petit- P[ac]*;* putit- HKR, pitit- M, putior- S **5** lucinae BR regulas V[1]*;* tabulas HMKS **6** quibus *om.* P **7** et *post* est *om.* P in *om.* HM **8** summo] et s. P animerore K[1] S[1] **9** etiam] est P Marci] m̃. DVP, m. R antoni P, -nini HM, antinii R turalleus B **10** exculapii B[1], *corr.* B[2] **11** infectus P[1], *corr.* P[3] est *om.* B iis B[1], *corr.* B[2] adiungitur] intelleg- B[1], *corr.* B[3] pyrus B, -rrus KSR **12** thesauro] s *sup. ras. 2 litt.* P[3], tens- B*;* thens- HM*; u. ind. form.* lucrensis B **13** dea B[1], *corr.* B[3] **14** incolome DV[1]*;* in loculum R repperiretur *codd.; u. ind. form.* quodque H[ac] M[ac] **15** uenerationes B[1] *(corr.* B[2]*)* KS

20 oculos omnium repente obiectus fulgor extinxit. reperiuntur
128 etiam somnia quae uim deorum uideantur ostendere. Tiberio
namque Atinio homini plebeio per quietem obuersatus esse
Iuppiter dicitur et praecepisse, ut consulibus et senatui nuntiaret
ludis circensibus proximis praesultorem sibi displicuisse, quod 5
Autronius Maximus quidam uerberatum seruum sub furca me-
dio circo ad supplicium duxerat, ideoque ludos instaurari opor-
21 tere. quod cum ille neglexisset, eodem die filium perdidisse,
ipse autem graui morbo esse correptus; et cum rursus eandem
imaginem cerneret quaerentem satisne poenarum pro neglecto 10
imperio pependisset, lectica delatus ad consules et omni re in
senatu exposita recepisse corporis firmitatem suisque pedibus
22 domum redisse. illud quoque somnium non minoris admirati-
onis fuit, quo Gaius Caesar Augustus dicitur esse seruatus. nam
cum bello ciuili Brutiano implicitus graui morbo abstinere proe- 15
lio statuisset, medico eius Artorio Mineruae species obuersata
est monens, ne propter corporis imbecillitatem castris se Caesar

Auct.: **1** § 20 sq.] *cf.* Val. Max. 1, 7, 4 **13** § 22] *cf.* ibid. 1

Codd.: **6** *in* quidam *desinit* G *p. 115, seq. p. 114 omnino non legibilis*

1 fulgor] f. ignis DV*;* -re*,* e *exp.,* P*;* furg- S extincsit B[1] *(corr.* B[2]*,* G *inc.),* -cxit DP reperiuntur KS*,* repp- *cet.* **2** etiam *om.* DV uim] *in ras.* V[2]*;* cum K[1] S **2–3** Ti. Atinio *Lact. legisse uid. pro* T. Latinio *(sic codd. potiores Liu. 2, 36, 2; cf. Kempf, ed. Val. Max. 1889 ad l.)* **3** esse] sese P[ac] **6** uerbatum B[1]*, corr.* B[2] furcam*,* u *ex* o *m.3,* B*;* fuca P[ac] **8** filium *s.l.* B[2] perdidisset P*;* perdisse R **9** ipsum KSR esset B *(*t *s.l. m.3)* P correptum KSR eadem HM[ac] **10** quaerentem *om.* HM *(in mg.* interrogauit *ut uid.* H[2]*);* -rententem S **11** delatus *bis, alt. exp. m.2,* B et] set B[ar] **12** recepisse] recepta et*,* a *ex* is*,* et *in ras.,* B[2] firmitatem] *alt.* m *del.* B[3] **14** fuit] suae KS g. caesar augustus R*,* gaius caes- B*,* caes- aug- *cet., edd., Br, Mo* **15** bruttiano HM *post* morbo *s.l.* hd *et in mg. inf.* esset correptus cum rursus hs· B[3] *ex § 21* **16** statuisset *om.* HM astorio H[ac] MKS **17** inbeccillitatem B[1] *(pr.* c *del.* B[3]*)* K se *s.l.* M[2] caesar *s.l.* B[3]

contineret. itaque in aciem lectica perlatus est et eodem die a Bruto castra capta sunt. multa praeterea possunt similia exempla proferri, sed uereor ne si fuero in propositione rerum contrariarum diutius immoratus, aut oblitus esse propositi uidear aut crimen loquacitatis incurram. 23

8. Exponam igitur istorum omnium rationem, quo facilius res difficiles et obscurae intellegantur, et has omnes simulati numinis praestigias reuelabo, quibus inducti homines a ueritatis uia longius recesserunt. sed repetam longe altius, ut si quis ad legendum ueri expers et ignarus accesserit, instruatur atque intellegat, quod tandem sit 'caput horum et causa malorum', et lumine accepto suos ac totius generis humani perspiciat errores. cum esset deus ad excogitandum prouidentissimus, ad faciendum sollertissimus, antequam ordiretur hoc opus mundi, 1 *129* 2 3

fecit in principio bonum et malum. id plane quid sit apertius explicabo, ne quis me ita loqui arbitretur, ut poetae solent, qui res incorporales quibusdam figuris quasi uisibilibus comprehendunt. cum praeter ipsum nihil adhuc esset, 3 add.

quoniam pleni et consummati boni fons in ipso erat, sicut est (3)

Epit.: 2, 8, 1] 22, 1 doceam . . . inciderunt

Auct.: **11** Verg. Aen. 11, 361

Codd.: **10** *a* ueri *incipit* G *p. 113 paene tota lecta; hinc extant* B G D V P H M K S R **15** § 3 add.] K S R *tantum*

1 continet K¹ S¹ acie B P delatus B ea die B*;* eadem d. H M **1–2** abbrupto P **2** sunt *om.* P **6** *ad §§ 1–7 cum additamentis cf. Heck, 1972, 24–80, de textu 24–27. 32–39 nonnullis corrigendis; nihil fere attulit E. D. Digeser, Hermes 127, 1999, 75–98* istoicorum P^ar qua P¹, *corr.* P³ **7** et *ante* obscurae] ad K¹ S*;* atque K² **7–8** simulati numinis] s. nominis K S*;* simulationum in his P*;* -tionum causas in his B **8** praestigiis B¹*, corr.* B³*;* -strigias V *(*D *deest), Br* releuabo R indocti B **10** et] atque R **11** caput *om.* H M **12** accepto lumine K *(*lumines *m.1)* S suo H^ac M prospiciat H M terrores P^ar **15** aptius S **17** uisilibus R¹

semper, ut ab eo bonum tamquam riuus oreretur longeque profluerет, produxit similem sui spiritum, qui esset uirtutibus patris dei praeditus. quomodo autem id

uoluerit,	*fecerit, cum solus esset,*

4 in quarto libro docere conabimur. deinde fecit 5

alterum,	*per ipsum quem genuit alterum corruptibilis naturae,*

in quo indoles diuinae stirpis non

permansit.	*permaneret.*

itaque suapte inuidia tamquam ueneno infectus est et ex bono ad 10 malum transcendit suoque arbitrio, quod illi a deo liberum fuerat

130 5 datum, contrarium sibi nomen adsciuit. unde apparet cunctorum malorum fontem esse liuorem. inuidit enim illi antecessori suo, qui deo patri

perseuerando cum probatus tum etiam carus est.	*et probatus et carus est.* 15

5 add. *de quo nunc parcius, quod alio loco et uirtus eius et nomen et*

5 in quarto libro] 4, 8, 1 – 9, 3 **17** alio loco] *cf. infra § 7*

Codd.: **17** § 5 add.] R *solus*

1 bonum *s.l.* B[3], *om.* G *(spatio indice);* -us P tam R[1] oriretur V *(*i *s.l. m.2;* D *deest)* P[2] *(*i *ex* e*)* H *(*i *ex* e*)* K[ac] **2** produxit] genuit R *(cf. 4, 6, 1)* *ad* similem *in mg. m.1?* xpm *(*= Christum*)* B **3** id *om.* DV **4** uoluerit] fecerit . . . esset HMKSR **5** docere conabimur] c. explicare HM deinde *om.* KS **6** *ante* alterum *in mg. m.1?* diabolu *(sic)* B alterum] per ipsum . . . naturae KSR **8** indoles] indolis. deinde fecit alterum in quo indoles KS*; cf. §§ 6 add. 9 / 7 et p. XXXVII* **9** permansit] permaneret R *solus; cf. Heck l. c. 36* **10** itaque] suaque BG suapte] apte B*;* sese G*;* sua ipse HM *(*-sa*)* et *om.* BG **11** transcedit V *(*D *deest)* suoque] in s. P *(*D *inc.)* illi] utrisque*, post* s *1 litt. eras.*, H, utrique M a *s.l.* H **12** insciuit P[1], *corr.* P[2] **13** leuiorem S[1] enim] autem R illi *om.* KS **15–16** perseuerando . . . est] et probatus et karus est R *solus* **15** cum probatus] compr- V *(*o *ex* u *m.2)* HM **16** tum] cum KS etiam] e. et DVHMKS carus] probatus G **17–p. 149, 1** de quo . . . erit *ex § 7 in retractando huc transpos. Lact., cf. Heck l. c. 38. 44 sq.*

ratio enarranda nobis erit; interim de hoc uberius, ut dispositio diuina noscatur, quia nec bonum intellegi sine malo potest nec malum aeque sine bono et sapientia boni malique notitia sit.
hunc ergo 6
5 ex bono per se malum effectum *malum spiritum*
Graeci διάβολον appellant, nos criminatorem uocamus, quod crimina in quae ipse inlicit ad deum deferat.
Cur autem istum deus talem uoluerit esse, quantum sensus nostri mediocritas poterit, explanare conabor. 6 add. 1 *fabricaturus hunc* add. 2
10 *mundum, qui constaret ex rebus inter se contrariis atque discordibus, constituit ante diuersa fecitque ante omnia duos fontes rerum sibi aduersarum inter seque pugnantium, illos scilicet duos spiritus, rectum atque prauum, quorum alter est deo tamquam dextera, alter tamquam sinistra, ut in eorum essent po-*
15 *testate contraria illa, quorum mixtura et temperatione mundus et quae in eo sunt uniuersa constarent.* *item facturus hominem,* add. 3 *cui uirtutem ad uiuendum proponeret, per quam immortalitatem adsequeretur, bonum et malum fecit, ut posset esse uirtus; quae nisi malis agitetur, aut uim suam perdet aut omnino non erit.*
20 *nam ut opulentia bonum uideatur, acerbitas egestatis facit et* add. 4 *gratiam lucis commendat obscuritas tenebrarum, ualetudinis et sanitatis uoluptas ex morbo ac dolore cognoscitur. ita bonum sine malo in hac uita esse non potest, et utrumque licet contrarium sit, tamen ita cohaeret, ut alterum si tollas, utrumque*

Epit.: 2, 8, 6] 22, 6 . . . accepit 6 add. 1–9] *cf.* 24, 2–11

Codd.: **8** § 6 add. 1–2] KSR *tantum* **16** *post* con | *(p. 60) in* K *excid. plura folia usque ad 3, 12, 35* uideamur § 6 add. 3–9] SR *tantum*

3 notitiae R[ar] syt R*; ft.* est*?* **5** ex . . . effectum] malum spiritum R *solus* **6** diabolon BG, -lum P, -bylon HM **7** in *om.* HM **8** istum R*;* iustus *ex* iustum *ut uid.* KS, *edd.* uoluit KS **11** fortes KS[1] **12** sibi *exp.* S[2] aduersarium KS[1], -santium S[2] se atque *ex* seque S[2] **13** duos *ex* dum R[2] **15** mixturam KS **19** nisi] si S malus R[ar] auget *ex* perdet S[2] **23** hac] ac S[1]

add. 5 *sustuleris. nam neque bonum comprehendi ac percipi potest sine declinatione ac fuga mali nec malum caueri ac uinci sine auxilio comprehensi ac percepti boni. necesse igitur fuerat et* add. 6 *malum fieri, ut bonum fieret. et quoniam fas non erat, ut a deo proficisceretur malum – neque enim contra se ipse faciet –,* 5 *illum constituit malorum inuentorem, quem cum faceret, dedit illi ad mala excogitanda ingenium et astutiam, ut in eo esset et uoluntas praua et perfecta nequitia. ab eo contraria uirtutibus suis uoluit oriri eumque secum contendere, utrumne ipse plus* add. 7 *bonorum daret an ille plus malorum. sed rursus, quoniam deo* 10 *summo repugnari non potest, bonorum suorum potestatem illi alteri adsignauit, quem supra bonum ac perfectum esse diximus. ita duos ad certamen composuit et instruxit, sed eorum alterum dilexit ut bonum filium, alterum abdicauit ut malum. postea autem multos alios genuit operum suorum ministros, quos Graeci* 15 ἀγγέλους *nominant et illos †unius se repugnantis qualem na-* add. 8 *tura equorum * * * † sed corruptibilis non utique statim corrupta est in ortus sui principio, sed post compositum ordinatumque mundum, sicut mox docebimus, a substantiae caelestis uigore peruersa uoluntate desciuit. ceterum in principio pares uni-* 20 *uersi et aequa condicione apud deum fuerunt et idcirco angeli* add. 9 *omnes, quorum principes erant illi duo. cum autem deus ex iis duobus alterum bono praeposuisset, alterum malo,*

131 7 exorsus igitur deus fabricam *exorsus est itaque fabricam*

12 supra] *potius* § 7 *quam* 3*; cf. Heck l. c. 39 sq.* **19** mox] 2, 14, 1–4

6 inuentor S[1] **12** alteri *Buen;* ultori SR **13** alterum] a. quem R **16–17** unius . . . equorum *(*e *exp.* S*)* SR*;* u. sed r. naturae qualis duorum *edd.; locum corruptum ratus lac. stat. Br* **17** sed] s. pars illa S *edd., Br; cf. Heck l. c. 37* correpta S **18** principia S **19** sic S uigorem S **20** desiuit S **21** et *ante* aequa *om.* S **22** iis R, his S *edd., sed cf. § 33* his *in* R **24–p. 151, 4** exorsus . . . primum] exorsus est itaque f. m. omnibus iis quos . . . dispositis. illum uero p. R*;* exorsus est f. m. omnibus his quos . . . ministrantibus et percepta *(sic)* officia dispositis. exorsus igitur deus f. m. illum p. S*; cf. § 4 et p. XXXVII*

mundi illum | *mundi omnibus iis quos creauerat ministrantibus et per certa officia dispositis. illum uero*

primum et maximum filium praefecit operi uniuerso eoque si-
5 mul et consiliatore usus est et artifice in excogitandis ordinandis
perficiendisque rebus, quoniam is et prouidentia et ratione et *132*
potestate perfectus est; de quo nunc parcius, quod alio loco et
uirtus eius et nomen et ratio enarranda nobis erit.

Nemo quaerat ex quibus ista materiis tam magna, tam miri- 8
10 fica opera deus fecerit; omnia enim fecit ex nihilo. nec audiendi
sunt poetae, qui aiunt chaos in principio fuisse, id est confusi-
onem rerum atque elementorum, postea uero deum diremisse
omnem illam congeriem singulisque rebus ex confuso aceruo
separatis in ordinemque discriptis instruxisse mundum pariter et
15 ornasse. quibus facile est respondere potestatem dei non intel- 9
legentibus, quem credant nihil efficere posse nisi ex materia
subiacente ac parata. in quo errore etiam philosophi fuerunt.
nam Cicero de natura deorum disputans ait sic: ‘primum igitur 10
non est probabile eam materiam rerum unde omnia orta sunt

Epit.: 2, 8, 8 . . . nihilo] 22, 2 . . . condidisset

7 alio loco] 4, 6, 1 – 29, 15*; cf. supra § 5 add.*

Auct.: **11** poetae] *cf.* Ou. met. 1, 7–9. 21–25 **18–p. 152, 7** Cic. nat. deor. *ex parte quae periit* 3, 65

Test.: **11–15** chaos . . . ornasse] Zeno 1, 7, 1

Codd.: **5** *in* artifi | *desinit* G *p. 113; hinc extant* B DV P HM S R

1 illud H^ac M **4** primum et] et p. et BG opere *ut uid.* B^1*, corr.* B^3 **5** in *om.* HM ornandis DV **6** his B^ar HMS prouidentiae P^1, *corr.* P^2 **7** nunc *s.l.* B^3 parcis R^1 **8** ratione narranda D^ar V^ar **9** ista materiis] i. materies B^3 *(alt.* e *ex* i*);* sit i. materies aut unde HMS **12** uero *om.* B deremissem*, alt.* m *eras.,* D*;* -misisse P^1*, corr.* P^3 **14** discriptis PR^1 *(*-bt- *ut saepe),* descr- DVHMSR^2 *;* digestis B *(ex Ou. met. 1, 7?)* mundi V^ac **15** ordinasse S^1

esse diuina prouidentia effectam, sed et habere et habuisse uim
11 et naturam suam. ut igitur faber cum quid aedificaturus est, non
ipse facit materiam, sed utitur ea quae sit parata, fictorque item
cera, sic isti prouidentiae diuinae materiam praesto esse opor-
tuit, non quam ipsa faceret, sed quam haberet paratam. quodsi 5
materia non est a deo facta, ne terra quidem et aqua et aer et
12 ignis a deo factus est.' o quam multa sunt uitia in his decem
uersibus! primum quod is, qui in aliis disputationibus et libris
133 fere omnibus prouidentiae fuerit adsertor et qui acerrimis argu-
mentis impugnauerit eos qui prouidentiam non esse dixerunt, 10
idem nunc quasi proditor aliquis aut transfuga prouidentiam co-
13 natus est tollere. in quo si contradicere uelis, nec cogitatione
opus est nec labore; sua illi dictata recitanda sunt. nec enim
poterit ab ullo Cicero quam a Cicerone uehementius refutari.
14 sed concedamus hoc mori et instituto Academicorum, ut liceat 15
hominibus ualde liberis dicere ac sentire quae uelint; sententias
ipsas consideremus. 'non est' inquit 'probabile materiam rerum
15 a deo factam.' quibus hoc argumentis doces? nihil enim dixisti
16 quare hoc non sit probabile. itaque mihi e contrario uel ma-
xime probabile uidetur, nec tamen temere uidetur, cogitanti plus 20
esse aliquid in deo, quem profecto ad imbecillitatem hominis

Auct.: **17–18** *cf. § 10*

1 effectum HM et *post* habere *s.l.* R[2] **2** et] ac HMS quid] quibus P **3** fecit V idem HM*;* eamque P[1]*, corr.* P[2] **4** dinae P[1]*, corr.* P[2] materia S **5** quam] quo*,* o *ex* ã *ut uid.,* B[3] ipsa *edd., Br;* -sam *(*ã *in ras. m.3)* B*;* -se *cet., Buen, Mo subaudientes* deus*, sed cf. anteced.* ipse *et § 25* habere S[1] **6** est *om.* HM nec BP *(*c *s.l. m.2)* HM **8** is *in ras.* H*,* iis MR*,* his S[ar] **9** fere omnibus] prae o. quin HM *(*quiin*)* **10–11** non . . . trasfuga *(sic)* prouidentiam *in mg. m.1?* S **11** transfigura H **12** uellis P **13** dictata SR*;* dicta *cet., edd., Br, Mo; cf. Cic. nat. deor. 1, 72* **15** *ad* mori *s.l.* datiuus R[2] achademicorum BHMS*,* acedim- P **16** ualde de libris D[ac] **17** ipsius DV rerum *om.,* a *s.l. m.2?* P **18** nihil] non B **19** sint D[ac] **19–20** itaque . . . probabile *om.* P **19** mihi] nichil S **20** nec . . . uidetur *in mg. inf.* D*, om.* M

redigis, cui nihil aliud quam opificium concedis. quo igitur ab homine diuina illa uis differet, si ut homo sic etiam deus ope indiget aliena? indiget autem, si nihil moliri potest, nisi ab altero illi materia ministretur. quod si fit, imperfectae utique uirtutis est, et erit iam potentior iudicandus materiae institutor. quo ergo nomine appellabitur qui potentia deum uincit? siquidem maius est propria facere quam aliena disponere. si autem fieri non potest, ut sit potentius deo quidquam, quem necesse est perfectae esse uirtutis potestatis rationis, idem igitur materiae fictor est qui et rerum ex materia constantium. neque enim deo non faciente et inuito esse aliquid aut potuit aut debuit. 'sed probabile est' inquit 'materiam rerum habere et habuisse uim et naturam suam.' quam uim potuit habere nullo dante, quam naturam nullo generante? si habuit uim, ab aliquo eam sumpsit. a quo autem sumere nisi a deo potuit? si habuit naturam, quae utique a nascendo dicitur, nata est. a quo autem nisi a deo potuit procreari? natura enim, qua dicitis orta esse omnia, si consilium non habet, efficere nihil potest. si autem generandi et faciendi potens est, habet ergo consilium et propterea deus sit necesse est, nec alio nomine appellari potest ea uis, in qua inest et

Auct.: **11–13** *cf. § 10*

Test.: **15** §§ 21. 23] *ft. inde* Isid. orig. 11, 1, 1

1 cui] cum V^ar *(*D *deest)* opificum H^1 **1–2** quo . . . differet] quod differet *(*-rt HM*)* ig- ab h. illa diu- u. HMS **2** differet SR*,* -fert BP^3 HM*,* -ferret DV*,* -ferre P^1 si ut] ut *tantum* B*;* sicut VH^ar **3** indiget *ante* aliena] g *ex* c P^3 mori V^ac **4** fit] sit S **5** quod V^ar *(*D *deest)* **6** potentiam R^ar **7** *post* disponere *add.* fieri non potest propria facere quam aliena disponere P^1*, sed exp.* P^3 **8** quem] quam S **9** perfectae] a *exp.* V *(*D *deest);* -tus M **10** fictor est] fictorem S*,* factor est M*,* factor H materiae M^ar **11** esse *om.* H^1 aut *ante* potuit] ut D^ac **12** ⟨et⟩ habere *Br cl. § 10* habuisse] h. semper B **15** si] porro si B **16** est *exp.* B^2 **17** naturam*,* m *exp.,* P **20** uis *om.* R est M^ac et] post B^1*, exp.* B^2*,* e *ex exp.* s *(uoluit* et*)* B^3

23 prouidentia excogitandi et sollertia potestasque faciendi. melius igitur Seneca omnium Stoicorum acutissimus, qui uidit nihil aliud esse naturam quam deum. ‘ergo’ inquit ‘deum non laudabimus, cui naturalis est uirtus? nec enim illam didicit ex ullo. immo laudabimus. quamuis enim naturalis illi sit, sibi illam de- 5
24 dit, quoniam deus ipse natura est.’ cum igitur ortum rerum tribuis naturae ac detrahis deo, ‘in eodem luto haesitans uersuram soluis, Geta’. a quo enim fieri negas, ab eodem plane fieri
25 mutato nomine confiteris. sequitur ineptissima comparatio: ‘ut faber’ inquit ‘cum quid aedificaturus est, non ipse facit materi- 10 am, sed utitur ea quae sit parata, fictorque item cera, sic isti prouidentiae diuinae materiam praesto esse oportuit, non quam
26 ipsa faceret, sed quam haberet paratam.’ immo uero non opor-
135 tuit. erit enim deus minoris potestatis, si ex parato facit; quod est hominis. faber sine ligno nihil aedificabit, quia lignum ipsum 15 facere non potest; non posse autem imbecillitatis humanae est.
27 deus uero facit sibi ipse materiam, quia potest. posse enim dei
28 est; nam si non potest, deus non est. homo facit ex eo quod est, quia per mortalitatem imbecillus est, per imbecillitatem definitae ac modicae potestatis; deus autem facit ex eo quod non est, 20

Auct.: **3–6** Sen. frg. 122 Haase*; cf. Lausberg, 1970, 21 sq. 176–178* **7–8** Ter. Phorm. 780 sq. **9–13** *cf. § 11*

1 cogitandi HM potestatisque*,* i *ex* e *m.3,* B **3** esse] esse se P **4** enim *om.* B dicit H[1] **5** laudauimus D[1] V[1] illi naturalis S; n. illis H[ar] **7** haesitans] hesitas ac H*;* -tas *codd. Ter.* uersuram BDPHMSR*,* uorsuram *codd. Ter.,* -ra V *Buen, Br;* uorsuram solues *Ter. uindicant Dziatzko-Hauler ad l., Lact. pro fut. utitur praes.* soluis *Ciceronem obiurgans (cf. e. g. 6, 11, 14–19)* **8** solues *codd. Ter. plurimi* gesta B[ar]*;* greta V *(D deest)* negas] n. mundum HMS **11** eam B para V[1] idem HM **12** materia HM non quam] numquam HM **13** ipsa B[1] *(ut uid.)* DV, -se B[3] *cet.; cf. § 11* **14** faciat S **15** aedificauit B[ac] R **17** sibi *om.* HMS enim] autem B dii R[1] **19** per *om.* R mortalitatem] m *eras.* R inbecillius B[ar] *(*-ecci-*)* P[1] *(corr.* P[3]*);* -lis *ex* -lus*?* R*; u. ind. form.* finitae V[1] **20** ac] et HMS ac modicae ac R[ar] fecit S

quia per aeternitatem fortis est, per fortitudinem potestatis immensae, quae fine ac modo careat sicut uita factoris. 29 quid ergo mirum si facturus mundum deus prius materiam de qua faceret praeparauit et praeparauit ex eo quod non erat? quia nefas est
5 deum aliunde aliquid mutuari, cum ex ipso uel in ipso sint omnia. 30 nam si est aliquid ante illum, si factum est quidquam non ab ipso, iam potestatem dei et nomen amittet. at enim materia numquam facta est sicut deus, qui ex materia fecit hunc mundum. 31 duo igitur constituuntur aeterna et quidem inter se con-
10 traria, quod fieri sine discordia et pernicie non potest; collidant enim necesse est ea, quorum uis ac ratio diuersa est. sic utraque aeterna esse non poterunt, si repugnant, quia superare alterum necesse est. 32 ergo fieri non potest, quin aeterni natura sit simplex, ut inde omnia uelut ex fonte descenderint. itaque aut deus
15 ex materia ortus est aut materia ex deo. quid horum sit uerius facile est intellegi. 33 ex his enim duobus alterum sensibile est, alterum caret sensu. potestas faciendi aliquid non potest esse nisi in eo quod sentit, quod sapit, quod cogitat, quod mouetur. *136* 34 nec incipi aut fieri aut consummari quidquam potest, nisi fuerit
20 ratione prouisum et quemadmodum fiat antequam est et quem-

Auct.: **5–6** ex . . . omnia] *cf.* Rom. 11, 36

Codd.: **9** *ab* aeterna *incipit* G *p. 134 maximam partem lecta; extant* BG P DV HM S R

2 finem B^{ar} modico B caret HM **3** facere P **4** et praeparauit *om.* PHMS ex *s.l.* P^{2} **5** mutari D^{1} V^{1} H^{1} M sunt D **6** si *ante* factum *om.* DV **7** iam *om.* DV*,* iam et HM ammittet DV*;* amittit HM **8** fecit] tegit P **9** et quidem] equ- B^{1} *(corr.* B^{3}*)* G **12** exsuperare HM **13** quiin V aeterna P^{ac} R^{2} *(*a *pro exp.* i*)* **14** uel V^{1} **15** quod V^{ac} hortum B^{ar} **16** facilius BG his *s.l.* P^{2} **17** sensum P^{ac} R^{ar} potestas] et p. BG potest] post M **18** *post pr.* quod *eras.* non M **19** aut fieri aut] *utraque* a *in ras., ante pr. 1, ante alt. 2 litt. eras., pr.* i *s.l.* P **20** rationem D^{ar} V^{ar} et . . . est *om.* B^{1} *(in mg. sup. signis* hs· *et* hd· *datis* B^{3}*)* GP

35 admodum constet postquam fuerit effectum. denique is facit aliquid qui habet uoluntatem ad faciendum et manus ad id quod uoluit implendum. quod autem insensibile est, iners et torpidum semper iacet; nihil inde oriri potest ubi nullus est motus uolun-
36 tarius. nam si omne animal ratione constat, certe nasci non 5
potest ex eo, quod ratione praeditum non est, nec aliunde accipi
37 potest id, quod ibi unde petitur non est. nec tamen commoueat aliquem, quod animalia quaedam de terra nasci uidentur. haec enim non terra per se gignit, sed spiritus dei, sine quo nihil
38 gignitur. non ergo deus ex materia, quia sensu praeditum ex 10
insensibili, sapiens ex bruto, impatibile de patibili, expers corporis de corporali numquam potest oriri, sed materia potius ex
39 deo est. quidquid est enim solido et contrectabili corpore, accipit externam uim; quod accipit uim, dissolubile est; quod dissoluitur, interibit; quod interit, ortum sit necesse est; quod 15
ortum est, habuit *utique* fontem unde oreretur, id est factorem aliquem sentientem prouidum peritumque faciendi. is est pro-
40 fecto nec ullus alius quam deus. qui quoniam sensu ratione
137 prouidentia potestate uirtute praeditus est, et animantia et ina-

Codd.: **1** *post* facit *(fol. 38^v) usque ad 3, 14, 11* philsophorum sa | *deest pars antiqua* S *– u. p. XXII –; hinc extant* BG DV P HM R **10** *in* ex *aut* ex in | *desinit* G *p. 134; ab* sensibili sapit *incipit p. 133, in qua ex §§ 38–40 et 42 sq. pauca legi possunt*

1 postquam] post P^1, *corr.* P^2; et p. R is] his S R^{ar} **5** constat] non c. BG *(spatio indice)* non *s.l.* R^2 **7** id *om.* R **8** uideantur HM **9** terra] t. ea HM *post* se *del.* non V^2 **10** quia] quae a H^1 M^1 praeditus P, -us *ex* -um H^2 M^2 R^2 **11** sensibili B *(de* G *u. supra)* sapiens] sapit non BG patibile DV **13** enim est V *(*D *deest)* contractabili P, -trectabile R^{ac} **14** accipit uim *om.* P dissoluibile DVR; solub- P **15** dissolui V *(*D *deest)* interit ortum] interiturum P **15–16** quod ortum est *om.* P; *hoc* est *om.* M **16** utique R *solus, ex retractatione; cf. Heck, 1972, 187* oriretur V *(*D *inc.),* -ri- *ex* -re- P^3 H^2 R^2 **17** sapientem R *ex § 38* faciendi is] faciendis B V^1 *(*D *inc.)* profectio P^1, *corr.* P^2 **19** prouidentiam P^{ac}; prudentia B V *(*u *m.2 in ras. 2–3 litt.)* R *(*D *deest)* et] at enim R et animantia *om.* P inanimia, *tert.* i *s.l. m.2,* V *(*D *inc.);* inanimantia HM

nima creare et efficere potest, quia tenet quomodo sit quidque
faciendum. 41 materia uero semper fuisse non potest, quia mu-
tationem non caperet, si fuisset. quod enim semper fuit, semper
esse non desinit, et unde afuit principium, abesse hinc etiam
5 finem necesse est. quin etiam facilius est ut id quod habuit
initium fine careat, quam ut habeat finem quod initio caruit.
42 materia igitur si facta non est, nec fieri ex ea quidquam potest; si
fieri ex ea non potest, ne materia quidem erit; materia est enim
ex qua fit aliquid. omne autem ex quo fit, quia recipit opificis
10 manum, destruitur et aliud esse incipit. 43 ergo quoniam finem
habuit materia tum, cum factus est ex ea mundus, et initium
quoque habuit. nam quod destruitur, aedificatum est, quod sol-
uitur, alligatum, quod finitur, inceptum. si ergo ex commuta-
tione ac fine materiae colligitur habuisse principium, a quo alio
15 fieri nisi a deo potuit? 44 solus igitur deus est qui factus non est,
et idcirco destruere alia potest, ipse destrui non potest. perma-
nebit semper in eo quod fuit, quia non est aliunde generatus, nec
ortus ac natiuitas eius ex aliqua re altera pendet, quae illum
mutata dissoluat. ex se ipso est, ut in primo diximus libro, et
20 ideo talis est qualem esse se uoluit, impassibilis immutabilis
incorruptus beatus aeternus. 45 iam uero illa conclusio qua sen-

19 in primo . . . libro] 1, 7, 13

Codd.: **13** *in* commuta | *desinit* G *p. 133; hinc extant* B DV P HM R

3 semper esse *om.* B **4** afuit] ea fuit V^{ac} *(*D *deest)* abesse] esse B hinc *om.* HM **6** ut *om.* B quod] id q. HM caruit] it *in ras.* P^{3} **7** ne V^{1} *(*D *deest)* **9** recepit HR **11** est *s.l.* P^{2} **12** quodque HMR^{ac} distruitur R **13** ex] in R **14** materiae DVPR *(post* colligitur *subaudias* eam*; cf. Hofmann-Szantyr 362);* -a BHM *edd., Br, sed nom. c. inf. (u. Hofmann-Szantyr 365) hic minus probabilis; cf. Thes. III 1618, 6–25* **15** ab deo*,* bd̃o *in ras. m.2,* V *(*D *deest)* **16** distruere R remanebit HM **18** ac] nec HM altera] ab a. HM **19** mutata] mutet ac B *contra numerum* **20** se esse B*;* se *om.* DV^{1} P **21** incorruptus] us *in ras. m.1?, deinde 2–3 litt. eras.,* P aeternus *om.* P quae PR

tentiam terminauit multo absurdior. 'quodsi materia' inquit 'non est a deo facta, ne terra quidem et aqua et aer et ignis a deo
46 factus est.' quam callide periculum praeteruolauit! sic enim
138 superius illud adsumpsit, tamquam probatione non indigeret, cum id multo esset incertius quam illud propter quod adsump- 5
tum est. 'si non est' inquit 'a deo facta materia, nec mundus a
47 deo factus est.' ex falso maluit colligere quod est falsum quam ex uero quod uerum, et cum debeant incerta de certis probari, hic probationem sumpsit ex incerto ad euertendum quod erat
48 certum. nam diuina prouidentia effectum esse mundum, ut 10
taceam de Trismegisto qui hoc praedicat, taceam de carminibus Sibyllarum quae idem nuntiant, taceam de prophetis qui opus mundi et opificium dei uno spiritu et pari uoce testantur, etiam inter philosophos paene uniuersos conuenit; id enim Pythagorei Stoici Peripatetici, quae sunt principales omnium disciplinae. 15
49 denique a primis illis septem sapientibus ad Socraten usque ac Platonem pro confesso et indubitato habitum est, donec unus multis post saeculis extitit delirus Epicurus, qui auderet negare id quod est euidentissimum, studio scilicet inueniendi noua, ut

Auct.: **1–3** *cf. § 11* **6–7** *cf. ibid.* **11** Trismegisto] CH IV 108 (frg. 6)*; cf.* III 61 (frg. 12). 65 (frg. 14) **12** Sibyllarum] *cf. e. g. 1, 6, 15, i. e.* frg. 3 Geffcken **18** Epicurus] *cf.* frg. 368 p. 247, 27–34 Usener

1 *post* absurdior *s.l.* est V[2]*;* surdior H[1] **2** deo] dnõ*, i. e.* domino P ne] nec*,* c *s.l. m.3,* P **2–3** et ignis . . . est *om.* P **4** probationem B non *om.* P **6** est *post* non] esset M **9** uertendum B[1]*, corr.* B[3] erat] est B **10** effectum] esse tum M ut taceam *om.* P **11** trismegesto B qui *ex* quo V **12** syllabarum DV profectis D[1] V[ar] P[ar]*,* prefectis D[2] **13** artificium P **14** comuenit B[1]*, corr.* B[3] id enim *om.* P pythagore B[1]*, corr.* B[3]*;* pythagorici HM *(*phyta-*)* **15** quae] et q. R*;* qui P principes P[1]*, corr.* P[2] **16** ad] a DVHM socratem B*,* -te V[pr] *(*n*? eras.)* ac R*;* et ad B*;* ad *cet.* **17** planem H[1] confessi P[1]*, corr.* P[3] et] nec B **18** saeculi P delirans B qui auderet] quia uideret H[ar] audiret B[1] V[1] P[1]*, corr.* B[3] V[2] P[3] negaret B[ar] **19** ut] et H[1]

nomine suo constitueret disciplinam. et quia nihil noui potuit 50
reperire, ut tamen dissentire a ceteris uideretur, uetera uoluit
euertere. in quo illum circumlatrantes philosophi omnes coar-
guerunt. certius est igitur mundum prouidentia instructum quam
5 materiam prouidentia conglobatam. quare non oportuit putare 51
idcirco non esse mundum diuina prouidentia factum, quia ma-
teria eius diuina prouidentia facta non sit, sed quia mundus diui- *139*
na prouidentia sit effectus, etiam materiam factam esse diuini-
tus. credibilius est enim materiam potius a deo factam, quia 52
10 deus potest omnia, quam mundum non esse a deo factum, quia
sine mente ratione consilio nihil fieri potest. uerum haec non 53
Ciceronis est culpa, sed sectae. cum enim suscepisset disputa-
tionem qua deorum naturam tolleret, de qua philosophi garrie-
bant, omnem diuinitatem ignorantia ueri putauit esse tollendam.
15 itaque deos potuit tollere, quia non erant. cum autem proui- 54
dentiam diuinam quae est in uno deo conaretur euertere, quia
contra ueritatem niti coeperat, deficientibus argumentis in hanc
foueam necessario decidit, unde se extricare non posset. hic er-
go illum teneo haerentem, teneo defixum, quoniam Lucilius qui
20 contra disserebat obmutuit. hic est cardo rerum, hic uertuntur 55

Auct.: **20–p. 160, 1** hic . . . omnia *senarium iambicum legit Schöll (ap. Br in addendis), ut sit ft. poetae incerti, sed cf. et* Verg. Aen. 1, 672 cardine rerum. 10, 528 sq. hic . . . uertitur

Codd.: **13** *ab* | ebant *incipit* G *p. 78 tota lecta; extant* BG DV P HM R

1 nomini B[1], *corr.* B[3] construeret DV **2** repperire *codd.; u. 2, 7, 18* **4** certum HM **5** materia B prouidentiam, m *in ras. m.3,* B **6–8** factum . . . effectus] sit effectus *tantum* R[1]*;* sit effecta *et s.l.* sciendum itaque R[2] **7** sit] est HM **10** non . . . deo] a d. n. e. *(*eẽ *in ras. m.3?)* P **12** sed *s.l.* P[2] factae M disputatione HM **13** natura tolleretur HM **14** diuinitatem] uerit- P ignorantiam B[1], *corr.* B[2] *(*G *inc.)* putet B[1], -tat B[2] **15** potuit] putauit D fuerant HM **16** in . . . deo] uni *(*i *ex* o *m.2)* deo R*; s.l.* propria R[2] **17** deficientis B[ac] **18** necessario *om.* G potuit B *(*G *inc.)* ego V[2] *(ex* ergo*)* PR **19** quoniam] quia BG **20** ommutuit *codd.* est] e. ergo DV huic*,* i *eras.,* R uertentur B *(*G *inc.)*

omnia. explicet se Cotta si potest ex hac uoragine, proferat argumenta quibus doceat semper fuisse materiam, quam nulla prouidentia effecerit, ostendat quomodo quidquam ponderosum et graue aut esse potuerit sine auctore aut immutari ualuerit, ac desierit esse quod semper fuit, ut inciperet esse quod numquam 5
56 fuit. quae si docuerit, tum demum adsentiar ne mundum quidem diuina prouidentia constitutum, et tamen sic adsentiar, ut
57 aliis illum laqueis teneam. eodem enim quo nolet reuoluetur, ut dicat et materiam, de qua mundus est, et mundum, qui de ma-
140 teria est, natura extitisse, cum ego ipsam naturam deum esse 10
58 contendam. nec enim potest facere mirabilia id est maxima ratione constantia nisi qui habet mentem prouidentiam potesta-
59 tem. ita fiet ut deus fecerit omnia nec quidquam esse possit
60 omnino, quod non originem a deo traxerit. at idem quotiens Epicureus est ac non uult a deo factum esse mundum, quaerere 15
solet quibus manibus, quibus machinis, quibus uectibus, qua molitione tantum hoc opus fecerit. uideres fortasse, si eo tem-
61 pore potuisses esse quo fecit. sed ne perspiceret homo dei opera, noluit eum inducere in hunc mundum nisi perfectis omni-
62 bus. sed ne induci quidem poterat. quomodo enim subsisteret, 20

Auct.: **15–17** quaerere . . . fecerit] *cf.* Cic. nat. deor. 1, 19

Codd.: **14** *in* omnino *desinit* G *p. 78; seq. p. 77, in qua ex §§ 59–60 et 65 pauca legi possunt*

1 hac *om.* BG **3** effecerat R quiquam G ponderosam M **4** et] aut P grauem B^1 *(corr.* B^3*)* G aut] ut B^1 *(corr.* B^2*), om.* G poterit R auctorem P^{ar} immutare V^1 uoluerit P ac] aut HM **5** desierat R^1 **6** tunc R **8** laque *in fine col.* B^1, *corr.* B^3 nolit, i *ex* e, B^3, non uult P **9** materia P qui de] quidem GP **10** est *exp.* B^3 naturam BG tum B ergo BGH^{ac} **13** ne PR poterit esse G **14** at] ad HM **16** macinis B *(G non legitur)* **17** molatione M*;* olit- R^1 tantum hoc] id t. h. HM, h. t. R uideres] s *exp.* V^2 *(D inc.);* -re B*;* -ret HM fortasse] f. potuisses, s *final. s.l. m.2,* B **18** potuisset HM quod V^{ar}*;* quo deus H *(ante* d *eras.* d*)* M **19** operam, ˜ *m.2,* B modum V^1 *(D deest)*

cum fabricaretur desuper caelum, terra subter fundaretur, cum fortasse umida uel nimiis rigoribus torporata concrescerent uel igneis caloribus incocta et solidata durescerent? aut quomodo uiueret nondum sole instituto nec frugibus aut animalibus natis?
5 itaque necesse fuit hominem postremo fieri, cum iam mundo ceterisque rebus manus summa esset imposita. denique sanctae 63 litterae docent hominem fuisse ultimum dei opus et sic inductum esse in hunc mundum quasi in domum iam paratam et instructam; illius enim causa facta sunt omnia. idem etiam poetae 64
10 fatentur. Ouidius perfecto iam mundo et uniuersis animalibus figuratis hoc addidit:

> 'sanctius his animal mentisque capacius altae
> deerat adhuc et quod dominari in cetera posset,
> natus homo est.'

15 adeo nefas existimandum est ea scrutari quae deus uoluit esse *141* celata. uerum ille non audiendi aut discendi studio requirebat, 65 sed refellendi, quia confidebat neminem id posse dicere; quasi uero ex hoc putandum sit non esse haec diuinitus facta, quia quomodo facta sint non potest peruideri. an tu si educatus in 66
20 domo fabre facta et ornata nullam umquam fabricam uidisses,

Auct.: **6** sanctae litterae] gen. 1, 26–31 **12–14** Ou. met. 1, 76–78

Codd.: **16** *in* studi[o] *desinit* G *p. 77; hinc extant* B DV P HM R

1 terraque B sub P[1], *corr.* P[2] cum] quae B **2** umida B[1] PHMR, hu- B[2] DV*; u. ind. form.* nimis B[ac] V[1] *(*D *deest)* HM torporata *Parrhasius (1509),* corp- *codd. (cf. 2, 9, 21. 22); u. Buen ad l.* concresceret, con *s.l. m.3,* B **3** solida P duresceret B*;* durent HM **4** solo B **7** et] est B[ac] ductum HM **10** profecto P **12** sanctus V[1] *(*D *deest)* hic HM mentique B **13** deerat B V[2] R *(*D *deest);* derat V[1] P *Br, Mo;* dederat HM **15** uoluit deus B **16** aut discendi *om.* P discendendi V[1] **19** peruideri] *pr.* e *exp., inter* r *et* u *s.l.* o*, i. e.* prouideri *m.2, ex* o *m. rec.* e *ut uid., i. e.* praeuideri P **20** domo] · m̃ · o· dõ *sic,* m *litt. unciali,* V*; in* D *extat* dó fabrecata B[1]*, corr.* B[3] nulla V[1] *(*D *deest)* umquam] um *in ras.* V[2] fabricari*,* ri *pro exp.* m*,* R[2] uidisse R[1]

domum illam putasses non esse ab homine aedificatam, quia quomodo aedificetur ignorares? idem profecto de domo quaereres quod nunc de mundo requiris, quibus manibus, quibus ferramentis homo tanta esset opera molitus, maxime si saxa ingentia, immensa caementa, uastas columnas, opus totum sublime et 5 excelsum uideres. nonne haec tibi humanarum uirium modum uiderentur excedere, quia illa non tam uiribus quam ratione at-
67 que artificio facta esse nescires? quodsi homo, in quo nihil perfectum est, tamen plus efficit ratione quam uires eius exiguae patiuntur, quid est cur incredibile tibi esse uideatur, cum mun- 10 dus dicitur factus a deo, in quo, quia perfectus est, nec sapientia
68 potest habere terminum nec fortitudo mensuram? opera ipsius uidentur oculis, quomodo autem illa fecerit, ne mente quidem uidetur, quia, ut Hermes ait, mortale immortali, temporale perpetuo, corruptibile incorrupto propinquare non potest, id est pro- 15 pius accedere et intellegentia subsequi. et ideo terrenum adhuc animal rerum caelestium perspectionem non capit, quia corpore
142 quasi custodia saeptum tenetur, quominus soluto ac libero sensu
69 cernat omnia. sciat igitur, quam inepte faciat qui res inenarrabiles quaerat. hoc est enim modum condicionis suae transgredi 20
70 nec intellegere, quousque homini liceat accedere. denique cum aperiret homini ueritatem deus, ea sola scire nos uoluit quae interfuit hominem scire ad uitam consequendam, quae uero ad

Auct.: **14** Hermes] CH IV 108 (frg. 7)*; cf.* III 2–3 (ad Tat frg. 1, 1)

1 omine P[1] *(corr.* P[3]*)* M aedificata HM **2** aedificatur P*;* -caretur HM ignorasses HM quaereris P **3** mundo] domo M **4** opera esset B **5** caementa R*,* cem- *cet.* et *s.l.* D **7** uidentur DV[1] **9** eius *om.* P **12** operam P **13** uiderentur DV[1]*,* -dent V[2] oculi D[ac] illam P **14** quia] qua H[ac] M[ac] mortalem H[ar] M immortale R[1] tempore DV[1]*;* -rali R[1] perpetuum *ex* -tuo R[2] **15** propitius D[ar]*;* proprius PR **16** et] atque R **20** *sup.* quaerat *m. rec.* uel quaerit R mundum H[1] **23** ad *post* uero] ad se D[ar] V[1]

curiosam et profanam cupiditatem pertinebant, reticuit, ut arcana essent. 71 quid ergo quaeris quae nec potes scire nec, si scias, beatior fies? perfecta est in homine sapientia, si et deum esse unum et ab ipso facta esse uniuersa cognoscat.

5 9. 1 Nunc quoniam refutauimus eos qui de mundo et de factore eius deo aliter sentiunt quam ueritas habet, ad diuinam mundi fabricam reuertamur, de qua in arcanis religionis sanctae litteris traditur. 2 fecit igitur deus primum omnium caelum et in sublime suspendit, quod esset sedes ipsius dei conditoris. deinde 10 terram fundauit ac subdidit caelo, quam homo cum ceteris animalium generibus incoleret. eam uoluit umore circumflui et contineri. 3 suum uero habitaculum distinxit claris luminibus et impleuit, sole scilicet et lunae orbe fulgenti et astrorum micantium splendentibus signis adornauit. tenebras autem, quod est 15 his contrarium, constituit in terra; nihil enim per se continet luminis, nisi accipiat e caelo. in quo posuit lucem perennem et superos et uitam perpetuam, et contra in terra tenebras et inferos et mortem. 4 tanto enim haec ab illis superioribus distant, quantum mala bonis et uitia uirtutibus. 5 ipsius quoque terrae binas 20 partes contrarias inter se diuersasque constituit, orientem scilicet *143*

Epit.: 2, 9, 2 . . . 3 ornasset] 22, 2 caelumque . . . adornasset

Test.: **12–14** distinxit . . . adornauit] Isid. orig. 13, 4, 1

Codd.: **14** *a* tenebras *incipit* G *p. 112 exceptis paucis ex §§ 8–9 tota lecta; hinc extant* BG DV P HM R

1 arcana] a. ea R **2** scies B*;* scires M[ac] **3** fias DV **5** num B **9** sublimes P[1], *corr.* P[2] dei *s.l.* P **10** fundauit terram P **11** humore DV **12** uerbo D[ac] **13** scilicet sol *sic* P **14–15** quod . . . his] h. q. e. V[ac]*;* q. h. e. *signis s.l.* V[pc]*;* q. his e., h *s.l.*, HM **15** terram G **16** nisi *om.* G **17** supero B[1], *corr.* B[3]*;* super G*;* superbos D[ar] et *ante* uitam *om.* GP, *s.l.* D et *ante* contra] e, *deinde* t*? eras.*, B*; om.* HM **18** tantum HM quanto BG **19** bonis et uitia] a bonis et uitia a HM *edd., Br; cf. Heck, 1972, 182 n. 68* ips[i] G *spatio indice* quodque H[ar] M **20** scilicet] s. et GP[1] *(*et *exp.* P[3]*)*

occidentemque. ex quibus oriens deo adcensetur, quia ipse luminis fons et inlustrator est rerum et quod oriri nos faciat ad uitam sempiternam. occidens autem conturbatae illi prauaeque menti adscribitur, quod lumen abscondat, quod tenebras semper inducat et quod homines faciat occidere atque interire peccatis. 5
6 nam sicut lux orientis est, in luce autem uitae ratio uersatur, sic occidentis tenebrae sunt, in tenebris autem mors et interitus con-
7 tinetur. deinde alteras partes eadem ratione dimensus est, meridiem ac septentrionem, quae partes illis duabus societate iun-
8 guntur. ea enim quae est solis calore flagrantior, proxima est et 10 cohaeret orienti, at illa quae frigoribus ac perpetuo gelu torpet, eiusdem est cuius extremus occasus. nam sicut contrariae sunt
9 lumini tenebrae, ita frigus calori. ut igitur calor lumini est proximus, sic meridies orienti, ut frigus tenebris, ita plaga septentrionalis occasui. quibus singulis partibus suum tempus at- 15 tribuit, uer scilicet orienti, aestatem meridianae plagae; occiden-
10 tis autumnus est, septentrionis hibernum. in his quoque duabus partibus, meridiana et septentrionali, figura uitae ac mortis continetur, quia uita in calore est, mors in frigore. sicut autem calor
11 ex igni est, ita frigus ex aqua. secundum harum partium 20

Test.: **3–5** occidens . . . interire] *cf.* Isid. orig. 13, 1, 4

Codd.: **12** *post* occasus *(fol. 55 v) usque ad 3, 4, 4* sicut *deest* R*, succedit* Rp*; u. p. XXIII sq.* **14** *in* [pla]ga *desinit* G *p. 112; seq. p. 111, in qua ex § 9 et 13 pauca leguntur; hinc extant* BG DV P HM Rp

1 censetur G luminibus P1, *corr.* P3 **3** prau[i]|que*,* i *inc.,* G*;* -uaque H1 M1 **6** ratio uitae HM **9** ac] a G illi M sociatae B1 G *(et rursus* B3*, cum correxisset* B2*)* **10** est . . . flagrantior] s. c. f. e. BG calor P flagantior V *(*D *deest),* fragla- HM, frantior R1 **11** qua H *(seq.* f *ex* e*)* M frigidioribus BG ac] et HM **12** occisus Bac **13** ita] i. et P **14** plagas D*;* -ga est P septentrionis G *(spatio indice; legitur* [n]is*)* DVR **16** aestate HM place P **17** est] et P septentrionalis HM hibernum *Br (cf. Thes. VI 3, 2689, 67–72);* -nus *codd. (*G *non legitur);* hiems *edd.* quodque Har M *(ut saepe, hinc noniam notatur)* **18** meridianae HM septentrionalis Par **20** igne HM

dimensionem diem quoque fecit ac noctem, quae spatia et orbes temporum perpetuos ac uolubiles, quos uocamus annos, alterna *144* per uices successione conficiant. dies, quem primus oriens subministrat, dei sit necesse est, ut omnia quaecumque meliora 5 sunt, nox autem, quam occidens extremus inducit, eius scilicet quem dei esse aemulum diximus. quae duo etiam in hoc praescius futurorum deus fecit, ut ex his et uerae religionis et falsarum superstitionum imago quaedam ostenderetur. 12 nam sicut sol, qui oritur in diem, licet sit unus, unde 'solem esse appel- 10 latum' Cicero uult uideri, 'quod obscuratis sideribus solus appareat', tamen quia uerum ac perfectae plenitudinis lumen est et calore potentissimo et fulgore clarissimo inlustrat omnia, ita in deo, licet sit unus, et maiestas et uirtus et claritudo perfecta est. 13 nox autem, quam prauo illi antitheo dicimus attributam, eius 15 ipsius multas et uarias religiones per similitudinem monstrat. 14 quamuis enim stellae innumerabiles micare ac radiare uideantur, tamen quia non sunt plena et solida lumina, nec caloris praeferunt quidquam nec tenebras multitudine sua uincunt. 15 duo igitur illa principalia inueniuntur, quae diuersam et contrariam sibi

6 diximus] § 5*; cf. 2, 8, 4 sq.*

Auct.: **9–11** Cic. nat. deor. 2, 68

Test.: **9–11** sol . . . appareat] Isid. orig. 3, 71, 1. nat. 24, 1

Codd.: **15** *in* [si]militu| *desinit* G *p. 111, seq. p. 118, in qua ex §§ 13–14 et 17–20 aliqua legi possunt*

1 die H quae HM *edd., Br;* qui B *(*ui *euan., ft.* i *del.)* DVR *(uix 'ad sensum'; seq.* quae duo*);* quia, a *exp.,* P orbis P **3** perficiant HM primum B *(alt.* m *in ras. m.3)* HM **5** quam *om.* M **6** quae duo] quando B **7** religiones B falsorum B[1]*, corr.* B[3] **9** sit] si B[ac] **10** ⟨cunctis⟩ sideribus *coni. Br cl. Isid.* **11** lumen] nomen P **12** potissimo DVP **13** una P **14** diximus *coni. Br* **15** monstrant G, demonstrat P **16** innumerabiles *bis, alt. del.* D **17** et] ac BP *(*G *non legitur)* praefecerunt V[1] **17–18** quicquam preferunt P **18** nec *om.* B

habent potestatem, calor et umor, quae mirabiliter deus ad sus-
16 tentanda et gignenda omnia excogitauit. nam cum uirtus dei sit
in calore et igni, nisi ardorem uimque eius admixta umoris ac
frigoris materia temperasset, nec nasci quidquam nec cohaerere
potuisset, quin statim conflagratione interiret quidquid esse coe- 5
145 17 pisset. unde et philosophi quidam et poetae 'discordi concor-
dia' mundum constare dixerunt, sed rationem penitus non ui-
18 debant. Heraclitus ex igni nata esse dixit omnia, Thales ex
aqua. uterque uidit aliquid, sed errauit tamen uterque, quod al-
terutrum si solum fuisset, neque aqua nasci posset ex igni neque 10
rursus ignis ex aqua. sed est uerius simul ex utroque permixto
19 cuncta generari. ignis quidem permisceri cum aqua non potest,
quia sunt utraque inimica et, si comminus uenerint, alterutrum
quod superauerit conficiat alterum necesse est. sed eorum sub-
stantiae permisceri possunt; substantia ignis calor est, aquae 15
20 umor. recte igitur Ouidius:

'quippe ubi temperiem sumpsere umorque calorque,
concipiunt et ab his oriuntur cuncta duobus.
cumque sit ignis aquae pugnax, uapor umidus omnes
res creat et discors concordia fetibus apta est.' 20

Auct.: **6–7** Hor. epist. 1, 12, 19. Ou. met. 1, 433 **8** Heraclitus] *cf.* Cic. nat. deor. 3, 35 *et* VS 22 A 5. B 30 Thales] *cf. 1, 5, 16* **12** §§ 19. 21. 23] *cf.* Ou. fast. 4, 787–792 **17–20** Ou. met. 1, 430–433

Codd.: **18** *in* oriuntur *desinit* G *p. 118, seq. p. 117 fere tota lecta*

1 humor B[2] DVR *ut §§ 16. 19 al.* **2** et *om.* HM **3** admixtam B **4** materiam HM cohere P[1], *corr.* P[3] **5** potuissent V conflagatione DV[1] *(ut uid.; ras. corr.* V[2]*),* -fragl- HM **6** et *post* unde *om.* B discordiae *ut uid.* D[ar] V[1]*;* -dia a V[2] **7** stare B *(in* G *legitur* con*)* **8** ini B[1], *corr.* B[3] **9** uterque *post* tamen] utea B[1], *corr.* B[2] B[3] *(in* G *legitur* u*)* **10** ex igne P **11** et] est B **12** quidem] qui q. HM misceri P **13** uenerit H[1] **14** superauit P **15** atque B[1], *corr.* B[3] *(*G *non legitur)* **19** aquae *s.l.* P[2]*;* aqua D pugnans B*;* repugnans HM humidus B[2] DVR omnis D[1] V **20** res creat] recr- PHM concordia] haec c. HM fetibus] rebus B[1], *corr.* B[3]

alterum enim quasi masculinum elementum est, alterum quasi femininum, alterum actiuum, alterum patibile. ideoque a ueteribus institutum est ut sacramento ignis et aquae nuptiarum foedera sanciantur, quod fetus animantium calore et umore corporentur atque animentur ad uitam. 22 cum enim constet omne animal ex anima et corpore, materia corporis in umore est, animae in calore. quod ex auium fetibus datur scire, quos crassi umoris plenos nisi opifex calor fouerit, nec umor potest corporari nec corpus animari. 23 exulibus quoque igni et aqua interdici solebat; adhuc enim nefas uidebatur quamuis malos, tamen homines supplicio capitis adficere. 24 interdicto igitur usu earum rerum quibus uita hominum constat perinde habebatur, ac si esset qui eam sententiam exceperat morte multatus. adeo duo ista elementa prima sunt habita, ut nec ortum hominis nec uitam sine his crediderint posse constare. 25 horum alterum nobis commune cum ceteris animalibus est, alterum soli homini datum. nos enim quoniam caeleste atque immortale animal sumus, igni utimur, qui nobis in argumentum immortalitatis est datus, quoniam ignis e caelo est; cuius natura quia mobilis est et sursum nititur, uitae continet rationem. 26 cetera uero animalia quoniam sunt tota

Auct.: **2–5** *cf.* Varro, ling. 5, 61

Codd.: **18** *in* datus *desinit* G *p. 117; hinc extant* B D V P H M R^p

1 quasi masculinum *bis, pr. del.* D elementum *om.* B^1 *(s.l.* B^3*)* G **2** feminum H^1 **3** sacramentum B G foedere B^1 *(corr.* B^3*)* G **4** sanciatur B^1 *(corr.* B^3*)* G P^1 *(corr.* P^2*)* colore B^1*, corr.* B^3 **6** animae P^{ar} materiae G P^1*, corr.* P^2 corporis in umore *om.* G*;* c. innumerae B^1*, corr.* B^3*;* c. in more P **7** in calorem G*;* incolare H quos] quod B P*;* quo G umores P*;* humori V^1 **8** plenus D^{ac} fuerit H^1 **9** ignis B *(*s *euan.;* G *inc.)* D *(*s *s.l.)* **10** tamen *om.* P **11** adfligere B P*;* -fligerem G usu *om.* G earum] *ante* m *5 litt. euan. (*[suarum] *Br) in* G **13** adeos P **14** sunt prima*, ord. lineolis rest. (cf. p. XV)* B sine his] si nobis M **15** crediderant V^1 **16** est] e. et H M **18** inmortalis M **19** quia] quoniam H M sursum] *sup. pr.* u *2 litt.,* an *ut uid. (non* o*)* B^3 **20** cetero H^{ac} M

mortalia, tantummodo aqua utuntur, quod est elementum corporale atque terrenum. cuius natura quia immobilis est ac deorsum uergens, figuram mortis ostendit. ideo pecudes neque in caelum suspiciunt neque religionem sentiunt, quoniam ab his usus ignis alienus est. 27 unde autem uel quomodo deus haec duo principalia, ignem et aquam, uel accenderit uel eliquauerit, solus potest scire qui fecit. 5

1 10. Consummato igitur mundo animalia uarii generis, dissimilibus formis, et magna et minora uti fierent imperauit. et *147* facta sunt bina id est diuersi sexus singula, ex quorum fetibus et aer et terra et maria completa sunt, deditque his omnibus generatim deus alimenta de terra, ut usui esse homini possent, alia nimirum ad cibos, alia uero ad uestitum, quae autem magnarum sunt uirium, ut in excolenda terra iuuarent; unde sunt dicta iumenta. 2 ita rebus omnibus mirabili discriptione compositis regnum sibi aeternum parare constituit et innumerabiles animas procreare, quibus immortalitatem daret. 3 tum fecit sibi ipse simulacrum sensibile atque intellegens, id est ad imaginis suae 10 15

Epit.: 2, 10, 1 . . . completa sunt] 22, 2 terram . . . animalibus 3] 22, 2 tum . . . uitam

Auct.: **18–p. 169, 2** ad . . . terrae] *cf.* gen. 1, 26–27. 2, 7

Test.: **14–15** iuuarent . . . iumenta] Isid. orig. 12, 1, 7 **17–p. 169, 1** tum . . . formam] Zeno 2, 4, 4

1–2 utuntur . . . corporale] q. est el- u. c.*, ord. lineolis rest. (cf. § 24),* B **2** inmobilis, n *ex* m *m.3,* B *Br (in addendis) cl. supra* mobilis . . . sursum*;* mobilis DVHMR *edd.;* mollis P **4** suscipiunt V[ac] *(*D *deest)* ab *om.* HM **5** deus *om.* HM **6** principia P[1]*, corr.* P[2] liquauerit P **8** consumpto P uaris B[ac] **9** ut R *Mo* **10** diuersa M[ac] **12** deus *om.* P elementa D[1] *(extat* ali|*m.2 ex* ele|*)* V homini esse HM **14** ut *s.l.* P[2] in excolenda] ex inco[lenda] D iubarent HM dicta sunt M **15** omnibus rebus P discriptione B *(pr.* i *ex* e*)* P, descr- VHM *(*D *deest);* discretione R **16** patrare B et] eo B **17** procreari HM dedit V *(*D *deest)* ipse sibi HM

formam, qua nihil potest esse perfectius: hominem figurauit ex limo terrae; unde homo nuncupatus est, quod sit fictus ex humo. denique Plato humanam formam θεοειδῆ esse ait, et Sibylla (4) quae dicit:

5 εἰκών ἐστ' ἄνθρωπος ἐμὴ λόγον ὀρθὸν ἔχουσα.

de hac hominis fictione poetae quoque quamuis corrupte, tamen (5) non aliter tradiderunt. namque hominem de luto a Prometheo factum esse dixerunt. res eos non fefellit, sed nomen artificis. nullas enim litteras ueritatis attigerant, sed quae prophetarum (6) 10 uaticinio tradita in sacrario dei continebantur, ea de fabulis et *148* obscura opinione collecta et deprauata, ut ueritas a uulgo solet uariis sermonibus dissipata corrumpi nullo non addente aliquid ad quod audierat, carminibus suis comprehenderunt. et hoc quidem inepte, quod tam mirabile tamque diuinum opificium ho- 15 mini dederunt. quid enim opus fuit hominem de luto fingi, cum (7) posset eadem ratione generari, qua ipse Prometheus ex Iapeto natus est? qui si fuit homo, generare hominem potuit, facere non potuit. de diis autem illum non fuisse poena eius in Caucaso monte declarat. sed neque patrem eius Iapetum patruumque (8)

Epit.: 2, 10, 5–13] 20, 12–13

Auct.: **3** Plato] resp. 6, 501 b **5** Orac. Sib. 8, 402

Test.: **2** homo . . . humo] Isid. diff. 2, 47*; cf.* orig. 11, 1, 4

1 perfectus B^{ac} e limo R **2** est *om.* B factus P^1 *(corr.* P^3*)* HM humo] limo V *(*D *deest)* **3** θεοειδῆ *edd.;* αθεοιαην R*;* theoiden BDVP *(*theo·i·den*);* theonidem HM esse ait] adserit B **5** ἐστ'] εcι P, ετι R, est HM*;* δıcı B*;* επ V *(pro* ἐπεί*? cf. interpr.* quoniam *pro* est *et in* V *et ap. Sedul. – u. p. XVII sq. –, qui* επι*, et 2, 16, 1* επι *pro* επει*;* D *deest)* **6** finctione HM **8** fictum R eos *s.l.* V^2 **10** ea de] eadem BP **11** a *om.* B **12** corrupit, t *exp.?,* P **13** ad] ad id B*; u. Br in addendis* audierunt B comprehenderent D^1 V^1 **14** homini *in ras.* P **15** fuit] est DV **16** pos P^1, *corr.* P^2 ex·I·ap&o P **19** eius] ipsius R ·I·A·p&um P patruum P*;* -rumque H

Titana quisquam deos nuncupauit, quia regni sublimitas penes Saturnum solum fuit, per quam diuinos honores cum omnibus suis posteris consecutus est. multis argumentis hoc figmentum
9 poetarum coargui potest. factum esse diluuium ad perdendam tollendamque ex orbe terrae malitiam constat inter omnes. id 5
enim et philosophi et poetae scriptoresque rerum antiquarum loquuntur in eoque uel maxime cum prophetarum sermone con-
10 sentiunt. si ergo cataclysmus ideo factus est, ut malitia quae per nimiam multitudinem increuerat perderetur, quomodo fictor hominis Prometheus fuit, cuius filium Deucalionem idem ipsi 10
ob iustitiam solum dicunt esse seruatum? quomodo unus gradus et una progenies orbem terrae tam celeriter potuit hominibus
11 implere? sed uidelicet hoc quoque sic corruperunt ut illud superius, cum ignorarent et quo tempore cataclysmus sit factus
149 in terra et quis ob iustitiam meruerit genere humano pereunte 15
seruari et quomodo aut cum quibus seruatus sit. quae omnia propheticae litterae docent. apparet ergo esse falsum quod de
12 opificio Promethei narrant. uerum quia poetas dixeram non omnino mentiri solere, sed figuris inuoluere et obscurare quae dicant, non dico esse mentitos, sed primum omnium Promethea 20
simulacrum hominis formasse de molli ac pingui luto ab eoque primo natam esse artem statuas et simulacra fingendi, siquidem

18 dixeram] 1, 11, 17–36

Test.: **20–22** primum . . . fingendi] Isid. orig. 8, 11, 8

Codd.: **3** *a* suis *incipit* G *p. 76 usque ad § 9* perde[ndam] *lecta*

1 titanam B*;* -num H **2** quem HM **4** perdendum P **5** tollendamque . . . terrae] de terra *tantum* B[1], *suppl. et corr.* B[3] constet V[1] homines B id] idem DV*;* quidam P **6** et *post* enim *om.* PHM **7** uel *om.* DVP **8** cateclysmus DV factum D[ac] malitiam HM **12** tam] quam P **15** terram B meruerit] uoluerit B generis D[1] V **16** saluari DV **18** opificio] o. idem B dixerant P **19** menti M **20** primo HM **20–21** omnium . . . simulacrum *bis, alt. del.* D **20** prometheo HM **21** simulacrum hominis *in ras.* V[2] de] sed e R **22** statuas] *alt.* s *s.l.* P[3] et] sed P

Iouis temporibus fuit, quibus primum templa constitui et noui deorum cultus esse coeperunt. 13 sic ueritas fucata mendacio est et illud quod a deo factum ferebatur, homini, qui opus diuinum imitatus est, coepit adscribi. ceterum fictio ueri ac uiui hominis 5 e limo dei est. 14 quod Hermes quoque tradit, qui non tantum 'hominem ad imaginem dei factum esse' dixit 'a deo', sed etiam illud explanare temptauit, quam subtili ratione singula quaeque in corpore hominis membra formauerit, cum eorum nihil sit quod non tantundem ad usus necessitatem quantum ad pulchri- 10 tudinem ualeat. 15 id uero etiam Stoici cum de prouidentia disserunt, facere conantur et secutus eos Tullius pluribus quidem locis, sed tamen materiam tam copiosam et uberem strictim contingit. quam ego nunc idcirco praetereo, quia nuper proprium de *150* ea re librum ad Demetrianum auditorem meum scripsi.

15 16 Illud hoc loco praeterire non possum quod errantes quidam philosophi aiunt, homines ceteraque animalia sine ullo artifice orta esse de terra. unde illud est Vergilianum:

Auct.: **5** § 14] CH IV 109 (frg. 8 a) **6** CH I 10, 15–17 (serm. 1, 12)*;* *cf.* II 308, 20 (Ascl. 10) **7–10** *cf.* CH I 62, 15 – 63, 18 (serm. 5, 6–8)*, sed u. Wlosok, 1960, 116 n. 7* **11–12** Tullius] *Lact. opif. 1, 12–13 laudat* Cic. rep. 4 *(noniam extat).* leg. 1, 26 sq. nat. deor. 2, 133–150

Codd.: **1** *a* fuit *incipit* G *p. 75 praeter § 13 fere tota lecta; extant* B G D V P H M R^{p}

1 primum] et p. H M constituit P H^{ar} M **2** fugata D^{1} V P mentio D^{1} **3** et *om.* B **5** e . . . dei] eiusmodi B^{1}*, corr.* B^{3} est *in mg.* V^{2} **5–6** quod . . . dei *bis, alt. del. m.2 (alt.* dĩ *eras., post pr. eras.* est*)* V **5** tradidit H M R *(in* D *extat* |dit*), ft. recte; cf. Heck, 1972, 183 n. 81* **6** factum B G *(legitur* fac|*)* H M*;* -tus P^{1}*;* fictum D *(extat* fictu*)* V P^{3} R a deo] adeos V *(*D *deest)* **7** quoque D V P **10** cum] qui P *ante* disserunt *del.* disputant R **11** plurimis H*,* -rimi M **12** contigit P H M **13** quam] qua G **14** ad] a G P^{1} *(corr.* P^{2}*)* *ante* |demetrianum *in mg. m.1?* de prouidentia ad demetrianum librum edidit B eum B^{1}*, corr.* B^{2} **15–16** filosofi quidam B G **17** de terra *om.* G illud est] illades B^{1}*, corr.* B^{3} uergilianum est D V uerginianum R

'uirumque
ferrea progenies duris caput extulit aruis.'
et ii maxime in ea fuere sententia, qui esse prouidentiam negant. nam Stoici animantium fabricam diuinae sollertiae tribuunt.
17 Aristoteles autem labore se ac molestia liberauit dicens 'semper 5 fuisse mundum; itaque et humanum genus et cetera quae in eo sunt initium non habere, sed fuisse semper ac semper fore'.
18 sed cum uideamus singula quaeque animalia quae ante non fuerint esse incipere et esse desinere, necesse est totum genus aliquando esse coepisse et aliquando desiturum esse, quia coepit. 10
19 omnia enim tribus temporibus contineri necesse est, praeterito praesenti futuro. praeteriti est origo, praesentis substantia, futuri
20 dissolutio. quae omnia in singulis hominibus apparent. et incipimus enim, cum nascimur, et sumus, cum uiuimus, et desinimus, cum interimus. unde etiam tres Parcas esse uoluerunt, 15 unam quae uitam hominis ordiatur, alteram quae contexat, ter-
151 21 tiam quae rumpat ac finiat. in toto autem genere hominum quia solum praesens tempus apparet, ex eo tamen et praeteritum id
22 est origo colligitur et futurum id est dissolutio. nam quoniam

Auct.: **1–2** Verg. georg. 2, 340 sq. **5–7** *cf.* Cic. ac. 2, 119 = Arist. frg. 22 Rose *(cf.* cael. 1, 10*)*

Test.: **13** § 20] *cf.* Isid. orig. 8, 11, 93

Codd.: **6** *post* fuisse *desinit* G *p. 75; hinc extant* B DV P HM R[p]

1 uirumque *om.* DV **2** ferrea BHMR *(et ft.* G*; prima litt. potius* f *quam* t*) ut plurimi codd. Verg., Mo;* terrea V *ut cod. Verg. M m.2, Br, edd. Verg.;* terrae a D*;* terrae P **3** ii *edd.,* hii BP *(et* G *ut uid.),* hi *cet., Mo* sentententia G **5** se labore BG **6** et *post* itaque *om.* B **8** sed cum] ac B[1]*, del. et s.l.* s. c. B[3] uidemus B fuerunt BR **9** sinere B[1]*, corr.* B[3] **9–10** aliquando . . . aliquando *praeter alt.* quando *in ras.* P **10** desiturum] desinit utrumque P **13** et *ante* incipimus *om.* P **15** partes *ex* parcas*, sed* cas *s.l.* V[2]*; in* D *extat* ches *uel* thes*, s.l.* a **16** unam quae] *alt.* a *eras.* V *(*D *deest)* uita DV[1] **17** totum *ut uid.* V[1] **19** nam] quam R

est, apparet aliquando coepisse – esse enim nulla res sine exordio potest –, et quia coepit, apparet quandoque desiturum; nec enim potest id totum esse immortale quod ex mortalibus constat. nam sicut uniuersi per singulos interimus, fieri potest ut aliquo 23
5 casu omnes simul, uel sterilitate terrarum, quae accidere particulatim solet, uel pestilentia ubique diffusa, quae singulas urbes aut regiones plerumque populatur, uel incendio in orbem immisso, quale iam fuisse sub Phaethonte dicitur, uel diluuio aquarum, quale sub Deucalione traditur, cum praeter unum hominem
10 genus omne deletum est. quod diluuium si casu accidit, pro- 24 fecto potuit accidere, ut et ille unus qui superfuit interiret. si autem diuinae prouidentiae nutu, quod negari non potest, ad reparandos homines reseruatus est, apparet in dei potestate esse uel uitam uel interitum generis humani. quod si potest occidere
15 in totum, quia per partes occidit, apparet aliquando esse ortum, et fragilitas ut initium, sic declarat et terminum. quae si uera 25 sunt, non poterit defendere Aristoteles, quominus habuerit et mundus ipse principium. quod si Aristoteli Plato et Epicurus extorquent, et Platoni et Aristoteli qui semper fore mundum
20 putauerunt, licet sint eloquentes, ingratis tamen idem Epicurus eripiet quia sequitur ut habeat et finem. sed haec in ultimo libro 26 pluribus. nunc ad hominis originem recurramus.

21 in ultimo libro] 7, 14, 5 – 26, 7

Auct.: **16** § 25] *cf.* Epicur. frg. 304 Usener

2 desiturum] esse d. R **5** sterelitate B V[1] accidere] a. uel P **6** uelli, li *exp.*, B qua B **7** aut] ac HMR*; cf. Heck, 1972, 183 n. 82* religiones D[ac] orbe HM **8** qualem HM *post* iam *exp.* in orbe B[3] sub *ex* in B[3] **11** unus] iustus B[1], *corr.* B[3] **12** nutu] datur B **13** dei *in ras.* P potestatem P[ac] **14** accidere HM **15** accidit HM **16** ut] et B[1] *(corr.* B[3]*)* HM declararet HM **17** potest R **18** si] si et V[ar]*; om.* P **20** ingrate, e *ex* is *uel* i, B[3] epicurus idem HM **21** eripiet] -puit et R*;* docet B ut] et P[1], *in mg.* ut P[3] **22** pluribus] p. exsequemur B percurramus P

152 1 11. Aiunt certis conuersionibus caeli et astrorum motibus maturitatem quandam extitisse animalium serendorum, itaque terram nouam semen genitale retinentem folliculos ex se quosdam in uterorum similitudinem protulisse – de quibus Lucretius:

'crescebant uteri terram radicibus apti' – 5

eosque cum maturuissent, natura cogente ruptos animalia tenera 2 profudisse. deinde terram ipsam umore quodam qui esset lacti similis exuberasse eoque alimento animantes esse nutritas. quomodo igitur uim frigoris uel caloris ferre aut uitare potuerunt aut omnino nasci, cum sol exureret, frigus adstringeret? 'non erant' 10 inquiunt 'in principio mundi nec hiems nec aestas, sed perpetua 3 temperies et uer aequabile.' cur ergo nihil horum fieri etiamnunc uidemus? 'quia semel fieri necessarium fuit, ut animalia nascerentur; postquam uero esse coeperunt, concessa his facultate generandi et terra parere desiit et temporis condicio mutata 15 4 est.' o quam facile est redarguere mendacia! primum, quod nihil potest esse in hoc mundo, quod non sic permaneat ut coepit. nec enim sol et luna et astra tunc non erant aut, cum essent, meatus non habebant; ac non diuina moderatio, quae cursus 5 eorum temperat et gubernat, cum ipsis simul coeperit deinde, 20 quod si ita sit ut dicunt, esse prouidentiam necesse est, et in id

Auct.: **1–2** aiunt . . . serendorum] *cf.* Cic. leg. 1, 24 **2** §§ 1–3] *cf.* Lucr. 5, 783–836 **5** ibid. 808 **10–12** *cf.* ibid. 818–820 **13–16** *cf.* ibid. 793–796. 826–836

1 ceteris conuersationibus B **3** semel D[ac] retinentium *ut uid.* D[1] **4** similitudine DV **5** terram DV *ut codd. Lucr.;* -rae BHMR *(*-re*);* -ra P **6** maturuissenot *sic, sed* n *exp.,* B*;* -riss- HM*;* -rass- R temera HM **7** ipsa P lacte HM **9** igitur *in mg.* D caloris uel frigoris R uel] aut HM uel caloris *om.* P **10** erat HM **11** nec *ante* hiems *om.* HM hiems HM, -mps *cet.; u. ind. form.* nec *ante* aestas] aut HM sed *om.* P **12** uir P **13** semel] s. aiunt B **14** hiis*, pr.* i *exp.,* P*;* is HM **19** ac] aut *recc., edd.;* ut *coni. Buen* **20** coeperit *codd.;* -rat *Hm (pluribus mutatis), Fr (rest.* ac*), Br (ex* P *falso lecto, inde Mo); ft. coni. perf. pro imperf. q. d. potentialis; u. Hofmann-Szantyr 334*

ipsum incidunt quod maxime fugiunt. 6 nondum enim natis animalibus aliquis utique prouidit ut nascerentur, ne orbis terrae desertus atque incultus horreret. ut autem de terra sine officio parentum nasci possent, necesse est magna ratione esse proui- *153*
5 sum; deinde ut umor ille concretus e terra in uarias imagines corporum fingeretur, item ut e folliculis quibus tegebantur accepta uiuendi sentiendique ratione tamquam ex aluo matrum profunderentur, mira inexplicabilisque prouisio est. 7 sed putemus id quoque casu accidisse, illa certe quae sequuntur fortuita
10 esse non possunt, ut terra continuo lacte manaret, ut aeris temperies esset aequalis. 8 quae si constat idcirco esse facta, ut animalia recens edita uel haberent alimentum uel non haberent periculum, necesse est ut aliquis diuina nescio qua ratione prouiderit. quis autem potest prouidere nisi deus? 9 uideamus tamen
15 an id ipsum quod dictitant fieri potuerit, ut homines nascerentur e terra. si consideret aliquis, quamdiu et quibus modis educetur infans, intelleget profecto non potuisse terrigenas illos pueros sine ullo educatore nutriri. 10 fuit enim necesse compluribus mensibus iacere proiectos, donec confirmatis neruis mouere se lo-
20 cumque mutare possent; quod uix intra unius anni spatium fieri

1 faciunt V[1] enim *om.* B **2** ne *in ras.* V[2] **4** possunt P[1]*, corr.* P[2] esse *s.l.* P[2] **5** umori*,* i *s.l. m.2,* P e] et P **6** iterum P **7** uidendi P **8** funderentur B inextricabilisque B *Br male cl. 3, 17, 17 al. (*-plic- *ap. Lact. alias solum opif. 8, 9,* -tric- *quinquies); cf. Thes. VII 1, 1335, 54–57* **10** manaret] e *ex* a*?* B[2] **11** constant B[1]*, corr.* B[3] facta esse PR **12** recens edita] recensenda B alimentum . . . haberent *bis* B[1], u. n. h. a. *exp.* B[3] **13** nescio qua *om.* HM **14** quis . . . prouid[ere] *in mg. inf.* D tamen] ergo B **15** an id *s.l.* B[3] dictitant] iactant HM poterit HM **16** e] et P[ac] si *om.* P diu B[1]*, suppl.* B[2] **17** infans *s.l.* B[3] intelleget] hoc i. B*;* sane i. R potuisset D[ar] V[1] **18** fuit . . . necesse] n. e. f. P*;* fuisset e. n. HM cum pluribus V *(*D *inc.)* **19** eiectos B confirmatis neruis] confirmati B[1]*, suppl.* B[3] **20** unius *om.* B annis P[1]*, corr.* P[2]

11 potest. iam uide utrumne infans eodem loco et eodem modo quo effusus est iacere per multos menses ualuerit ac non et umore illo terrae, quem alimenti gratia ministrabat, et sui corporis purgamentis in unum mixtis obrutus corruptusque moreretur? 12 itaque nullo modo fieri potest, quin ab aliquo fuerit educatus, 5 *154* nisi forte animalia omnia non tenera nata sunt, sed excreta, quod 13 ut dicerent numquam illis uenit in mentem. omnis igitur illa ratio impossibilis et uana est, si tamen ratio dici potest qua id agitur, ut nulla sit ratio. qui enim dicit omnia sua sponte esse nata nihilque diuinae prouidentiae tribuit, hic profecto rationem 10 14 non adserit, sed euertit. quodsi neque fieri quidquam sine ratione neque nasci potest, apparet esse diuinam prouidentiam, cuius est proprium quod dicitur ratio. deus igitur rerum omnium 15 machinator fecit hominem. quod Cicero quamuis expers caelestium litterarum uidit tamen, qui libro de legibus primo hoc 15 16 idem tradidit quod prophetae. cuius uerba subieci: ‘animal hoc prouidum sagax multiplex acutum memor plenum rationis et consilii, quem uocamus hominem, praeclara quadam condicione generatum esse a supremo deo. solum est enim ex tot animantium generibus atque naturis particeps rationis et cogitationis, 20 17 cum cetera sint omnia expertia.’ uidesne hominem quamuis longe a ueritatis notitia remotum tamen, quoniam imaginem sapientiae tuebatur, intellexisse non nisi a deo hominem potuisse 18 generari? sed tamen diuinis opus est testimoniis, ne minus

Auct.: **16–21** Cic. leg. 1, 22

1 iam *om.* B eodem] in e. V[ar] HM eodem . . . et *om.* P et] et in V[1] *(*D *deest)* **2** fusus B permultis mensibus B **3** quem] quod BVP *(*D *deest), ex anteced.* quo ministraret P[1]*, corr.* P[2] **6** tenera] e terra HM execreta P[1]*, corr.* P[2]*;* ex se creata HM **8** et uana *om.* P quia H[ar] **9** ut *om.* HM dici V[1] *(*D *deest)* **12** appareret P[ac] **13** proprium est*,* est *s.l. m.2,* B quod] d *exp.* V[2] *(*D *deest)* omnium *om.* P **15** littera[ru]m B *(foramen)* uidi P[1]*, corr.* P[2] libro] in l. R **16** quod . . . subieci] profetis eius uerba sunt subiecta B propheta HM **19** esse *s.l.* H[2] solo P[ac] **23** intellexis[s]e B potuisse *in mg.* V[2] **24** sed] et HM

humana sufficiant. Sibylla hominem dei opus esse testatur:

ὃς μόνος ἐστὶ θεὸς κτίστης ἀκράτητος ὑπάρχων,
αὐτὸς δ’ ἐστήριξε τύπον μορφῆς μερόπων τε
αὐτὸς ἔμιξε φύσιν πάντων, γενέτης βιότοιο. *155*

5 eadem sanctae litterae continent. deus ergo ueri patris officio 19
functus est, ipse corpus effinxit, ipse animam qua spiramus in-
fudit, illius est totum quidquid sumus. quomodo id fecerit si 20
nos oporteret scire, docuisset, sicut docuit cetera quae cogniti-
onem nobis et pristini erroris et ueri luminis attulerunt.

10 12. Cum ergo marem primum ad similitudinem suam fin- 1
xisset, tum etiam feminam configurauit ad ipsius hominis effi-
giem, ut duo inter se permixti sexus propagare subolem possent
et omnem terram multitudine opplere. in ipsius autem hominis 2
fictione illarum duarum materiarum quas inter se diximus esse
15 contrarias, ignis et aquae, conclusit perfecitque rationem. ficto 3

Epit.: 2, 12, 1 . . . finxisset. 3 . . . animam] 22, 2 tum . . . uitam

14 diximus] 2, 9, 15–27

Auct.: **2–4** Orac. Sib. frg. 5 Geffcken *(cf. 3, 27 et p. 5, 98–100 G.)*

Test.: **2–4** Theosoph. Sib. 4 l. 111–113 Erbse **6** animam . . . infudit] Zeno 2, 4, 4

1 sibyllam B hominum P^ac **2** κατιστης, α *s.l.,* P ακρατητοτυπαρχων DV *(post* το *dist.* V*; cf. interpr.* et est creator liber*)* **3** τύπον μορφῆς] φης *tantum* P *post* τε *a Lact. aliquid omissum ratus dist. Br; cf. Erbse ad Theosoph. l. c.* **4** εμ[ιξ]ε πυσιν παντε | B γενέτης *Stadtmüller, Br, Geffcken, Erbse;* γενεος *post foramen (cf. § 15) 2–3 litt. aptum* B*;* γενεης *cet. (*teneas HM*);* γενεῆς βιότοιο *tamquam asyndeton bimembre pendens ex* φύσιν *accipere uid. Cellarius (1698), Buen* **5** [s]anctae . . . continen[t] B off[i]cio B **6** ipse *ante* animam] ipsa R quam HM infundit P^ac **7** illut *ut uid.* B[1], *corr.* B[2] effecerit DV **10** matrem V[1]*;* mare HM ad] et D[1] **12** mixti B sexsus B[1], *corr.* B[3] sobolem DVPMR*; u. ind. form.* **13** opplere] operae HM[1], operirae M[2] in *s.l.* B[2] P[2] **14** finctione DVHM **15** ignis] s *in ras.* B

enim corpore inspirauit ei animam de uitali fonte spiritus sui qui
est perennis, ut ipsius mundi ex contrariis constantis elementis
similitudinem gereret. constat enim ex anima et corpore, id est
156 quasi ex caelo et terra, quandoquidem anima qua uiuimus uelut
e caelo oritur a deo, corpus e terra, cuius e limo diximus esse 5
4 formatum. Empedocles, quem nescias utrumne inter poetas an
inter philosophos numeres, quia de rerum natura uersibus scrip-
sit ut apud Romanos Lucretius et Varro, quattuor elementa con-
stituit, ignem aerem aquam terram, fortasse Trismegistum se-
cutus, qui ‘nostra corpora ex his quattuor elementis constituta 10
5 esse’ dixit ‘a deo; habere namque in se aliquid ignis, aliquid
aeris, aliquid aquae, aliquid terrae, et neque ignem esse neque
aerem neque aquam neque terram’. quae quidem falsa non sunt.
nam terrae ratio in carne est, umoris in sanguine, aeris in spiritu,
6 ignis in calore uitali. sed neque sanguis a corpore secerni 15
potest sicut umor a terra neque calor uitalis a spiritu sicut ignis
ab aere; adeo rerum omnium duo sola reperiuntur elementa,
quorum omnis ratio in nostri corporis fictione conclusa est.
7 ex rebus ergo diuersis ac repugnantibus homo factus est sicut
ipse mundus *ex bono et malo,* ex luce ac tenebris, ex uita et 20

5 diximus] 2, 10, 3

Auct.: **1** inspirauit ei animam] *cf.* gen. 2, 7 *et Wlosok, 1960, 183* **6–8** Empedocles . . . Varro] *cf.* Quint. inst. 1, 4, 4 **10–13** CH III 3 (ad Tat frg. 2 a, 2)

Test.: **1** fonte . . . sui] Zeno 2, 4, 4 **14–15** Isid. orig. 11, 1, 16. diff. 2, 48 **19** § 7] *cf.* Zeno 2, 4, 8

1 spirauit DVPHM*; cf. epit.* ei *om.* HM **2** constantes P^{ac}*;* -ns M elementi PH^{pr} **5** e caelo oritur] c. o. *tantum* HM*,* o. e c. R et terra P^{ac} ex limo P^{ac} **6** formatum] formam. tum R Empedocles quem] enp- quem B*;* -esque D^{1} V **7** uersibus scripsit *in ras.* V^{2} **9** trismegestum B*;* trimegi- R **10** hiis P **11** dixit esse B in se *in mg.* V^{2} **14** est] est et HM **15** secerni] separari B **16** ab spiritu B **17** reperiuntur R, -pp- *cet.; u. 2, 7, 18* **20** ipsi H ex bono et malo R *solus, ex retractatione; u. Heck, 1972, 187*

morte. quae duo inter se pugnare in homine praecepit, ut si anima superauerit quae oritur ex deo, sit immortalis et in perpetua luce uersetur, si autem corpus uicerit animam dicionique subiecerit, sit in tenebris sempiternis et in morte. 8 cuius non ea
5 uis est, ut iniustas animas extinguat omnino, sed ut puniat in aeternum. eam poenam mortem secundam nominamus, quae est et ipsa perpetua sicut et immortalitas. 9 primam sic definimus: mors est naturae animantium dissolutio, uel ita: mors est corporis animaeque seductio; secundam uero sic: mors est aeterni *157*
10 doloris perpessio, uel ita: mors est animarum pro meritis ad aeterna supplicia damnatio. haec mutas pecudes non attingit, quarum animae non ex deo constantes, sed ex communi aere morte soluuntur. 10 in hac igitur societate caeli atque terrae, quorum effigies expressa est in homine, superiorem partem tenent
15 ea quae sunt dei, anima scilicet quae dominium corporis habet, inferiorem autem ea quae sunt diaboli, corpus utique, quod quia terrenum est, animae debet esse subiectum sicut terra caelo. 11 est enim quasi uasculum, quo tamquam domicilio temporali spiritus hic caelestis utatur. utriusque officia sunt, ut hoc quod est
20 ex caelo et deo, imperet, illud uero quod ex terra et diabolo, seruiat. 12 quod quidem non fugit hominem nequam Sallustium, qui ait: ‘sed nostra omnis uis in animo et corpore sita est; 13 animi imperio, corporis seruitio magis utimur.’ recte, si ita uixisset ut

Auct.: **22–23** Sall. Catil. 1, 2 **23–p. 180, 2** *cf.* Ps. Cic. in Sall. 13–21

2 deo] eo D inmortalitas B[ar] **2–3** perpetua in luce HM **4** non *om.* D **5** est *om.* HM ut *post* est *s.l.* V[2] *(*D *deest)* **7** et *post* sicut *om.* HM primum V **8–10** mors est corporis . . . perpessio uel ita] secunda *(sic) tantum, cet. om.* HM **12** constant B[3] *(ex* constan|tes*)* PHM ex] de B **13** has B **14** hominem B **15** eaque B[1] *(corr.* B[3]*)* H animae B*;* -mas HM[ar] dominum B corpus M[ac] **18** est *om.* P quod B[ar] tamquam *s.l. pro del.* quasi R temporalis HM **19** hoc B utrisque P[ac] **20** ex] e HM impleret D[ar]*;* imperet et V terra] t. est HM et diabolo *om.* B[1] *(s.l.* diabolo B[3]*)* M*, exp.* H **22** qui ait *in ras.* B[3]

14 locutus est. seruiuit enim foedissime uoluptatibus suamque ipse sententiam uitae prauitate dissoluit. quodsi anima ignis est ut ostendimus, in caelum debet eniti sicut ignis, ne extinguatur, hoc est ad immortalitatem, quae in caelo est; et sicut ardere ac uiuere non potest ignis, nisi aliqua pingui materia teneatur in 5 qua habeat alimentum, sic animae materia et cibus est sola iustitia, qua tenetur ad uitam.

15 Post haec deus hominem qua exposui ratione generatum posuit in paradiso id est in horto fecundissimo et amoenissimo, *158* quem in partibus orientis omni genere ligni arborumque conseuit, ut ex earum uariis fructibus aleretur expersque omnium la- 10 borum deo patri summa deuotione seruiret. 16 tum dedit ei certa mandata, quae si obseruasset, immortalis maneret, si transcendisset, morte adficeretur. id autem praeceptum fuit, ut ex arbore una quae fuerat in medio paradiso non gustaret, in qua posuerat 15 intellegentiam boni ac mali. 17 tum criminator ille inuidens operibus dei omnes fallacias et calliditates suas ad deiciendum hominem intendit, ut ei adimeret immortalitatem. 18 et primo mulierem dolo inlexit, ut uetitum cibum sumeret, et per eam ipsi quoque homini persuasit, ut transcenderet dei legem. percepta 20

Epit.: 2, 12, 15–16] 22, 2 posuitque . . . permaneret 17 . . . 18 mali] *cf.* 22, 3

Auct.: **8** §§ 15 . . . 19 accedere] *cf.* gen. 2, 8 – 3, 24

1 foedissimis V *(*D *deest), Br male cl. 4, 17, 21* **2** sentiam P[1]*, corr.* P[3] **3** ostendi P **4** et] nam B **5** nisi] n. in B teneat V[1] *(in* D *extat* tenea|*)* **6** est] et D[1] V **7** quae HM **8** quam exposuit HM **9** orto M[ac] R et amoenissimo *om.* P **10** arborum quae B[ar] *(*b *euan.)* D[1] V **11** fetibus R **12** ei] et P **13** transgrressisset B[1], -sgressus esset B[2] **15** erat P paradisi DVR quo B[1]*, corr.* B[3] **16** ac DVP *Br cl. epit. 22, 3 (sed 22, 2* malique*);* et BHMR *ex § 18* tunc H **17** decipiendum P **18** et] sed HM **19** intellexit D[ac] *ante* ut *2 litt. eras.* B **20** transgrederetur*,* ur *s.l. m.2,* B legem dei M praecepta P[1]*, corr.* P[2]

igitur scientia boni et mali pudere eum nuditatis suae coepit absconditque se a facie dei, quod antea non solebat. tum deus 19 sententia in peccatores data eiecit hominem de paradiso, ut uictum sibi labore conquireret, ipsumque paradisum igni cir-
5 cumuallauit, ne homo posset accedere, donec summum iudicium faciat in terra et iustos uiros cultores suos in eundem locum reuocet morte sublata, sicut sacrae uoces docent et Sibylla Erythraea, cum dicit:

οἱ δὲ θεὸν τιμῶντες ἀληθινὸν ἀέναόν τε
10 ζωὴν κληρονομοῦσι, τὸν αἰῶνος χρόνον αὐτοὶ
οἰκοῦντες παράδεισον ὁμῶς, ἐριθηλέα κῆπον.

uerum haec quoniam extrema sunt, in extrema operis huius parte 20 *159* tractabimus; nunc ea quae prima sunt explicemus. mors itaque secuta est hominem secundum dei sententiam, quod etiam
15 Sibylla in carmine suo docet dicens:

ἄνθρωπον πλασθέντα θεοῦ παλάμαις ἁγίαισιν,

Epit.: 2, 12, 19 . . . sublata] 22, 4 20 . . . mors . . . sententiam] 22, 5 . . . sententia

12 in extrema . . . parte] 7, 20, 1 – 26, 7

Auct.: **5–7** donec . . . morte sublata] *cf.* Theophil. Autol. 2, 26, 2 **9–11** Orac. Sib. frg. 3, 46–48 Geffcken = Theophil. ibid. 2, 36, 15 **16–p. 182, 2** Orac. Sib. 8, 260–262

Test.: **13–p. 182, 3** mors . . . temporaria] *hinc pendere uid.* Theosoph. Sib. 5 l. 119–125 Erbse*, ubi laudatur Orac. Sib. l. c.*

2 abscondit B tunc P **3** peccatore B paradisso*, pr.* s *s.l. m.3,* B **4** uitam P labore] *post* o *2–3 litt. eras.* B paradissum B **5** *post* homo *5 litt. eras.* H **7** lata D sicut] s. et HM **9** θεὸν] ον P ἀέναόν τε] δενοοντα B*;* αιεν εοντα R **10** κανρονομουcει DV **11** παραδείσου*, om.* ὅμως*, codd. Theophil.* **12** in] tota in P cuius B[1]*, corr.* B[3] partem B **13** tractauimus B[1] *(corr.* B[3]*)* DV[1]*; deinde s.l.* exponemus*, sed del. ut uid.,* B[3] **16** παλας θεου B πλαcμαιc P ἁγίαισιν *codd. Sib.;* αγιεccιν B*,* αγαιcιν R*;* ετεccειν DV*,* αιτεcιν P

ὅν κ' ἐπλάνησεν ὄφις δολίως ἐπὶ μοῖραν ἀνελθεῖν
τοῦ θανάτου γνῶσίν τε λαβεῖν ἀγαθοῦ τε κακοῦ τε.

21 sic facta est uita hominis temporaria, sed tamen longa, quae in mille annos prorogaretur. quod diuinis litteris proditum et per
160 omnium scientiam publicatum cum Varro non ignoraret, argu- 5
mentari nisus est, 'cur putarentur antiqui mille annos uictitasse'.
22 ait enim, 'apud Aegyptios pro annis menses haberi, ut non solis per duodecim signa circuitus faciat annum, sed luna, quae orbem illum signiferum triginta dierum spatio lustrat'. quod argumentum perspicue falsum est; nemo enim tunc millesimum 10
23 annum transgressus est, nunc uero qui ad centesimum perueniunt, quod fit saepissime, mille certe ac ducentis mensibus uiuunt. et auctores idonei tradunt 'ad centum uiginti annos per-
24 ueniri solere'. sed quia ignorabat Varro cur aut quando esset uita hominis deminuta, ipse deminuit, cum sciret mille et 15
quadringentis mensibus posse hominem uiuere.

1 13. Deus autem postea cum uideret orbem terrae malitia et sceleribus oppletum, statuit humanum genus diluuio perdere.

Epit.: 2, 12, 21 . . . prorogaretur] 22, 5 tamen . . . sumpsit

Auct.: **5–9** Varro frg. inc. *(*ant. rer. hum. *tribuit Br, Ed. II 266; cf.* Plin. nat. 7, 155. Cens. 19, 4*)* **13** auctores] *cf.* Plin. nat. 7, 156–159 **17** §§ 1–9] *cf.* gen. 6, 1 – 10, 32 *passim et Monat, 1982, 242–245*

1 και πλανϑcεν DV ανελϑιν DV *(*-ϑηιν*)* **2** λαβιν DV ατακϑου P τε . . . τε] και κακου DV *(*-κοι*)* κακουc P **3** si B1*, corr.* B3 uita *s.l.* V2 temporalia Pac*;* -ralis HM*; cf. St 241* **4** prorogabatur B1*, corr.* B3*;* propagaretur DV *(*paga *in ras. m.2)* HM **5** scientia H non *s.l.* V2 ignoret D1 **6–7** cur . . . enim] ait enim *tantum, spatio 3 lin. relicto,* B1*, exp. et* cum *(sic)* putarentur . . . enim *suppl.* B3 **6** putarent P annis B3 P **7** annos B1*, corr.* B3 **8** signis*, alt.* s *exp.,* M circuitu HM lunae HM **10** perspicue . . . est] e. p. f. H *(*p. f. *s.l. m.2)* M tum B **11** transgressum Vac *(*D *deest)* est *om.* P centesimum] c. annum HM **12** ac ducentis] adduc- Dac **13** actores R centum et uiginti HMR peruenire PR **15** diminuta B et *om.* B **16** *sup.* mensibus *add.* quadraginta B3 **17** malitiae P **18** dilluuio B *(pr.* l *del. m.3)* H

sed tamen ad multitudinem reparandam delegit unum, quod corruptis omnibus singulare iustitiae supererat exemplum. 2 hic cum sescentorum esset annorum, fabricauit arcam, sicut ei praeceperat deus, in qua ipse cum coniuge ac tribus filiis totidemque 5 nuribus reseruatus est, cum aqua uniuersos montes altissimos operuisset. 3 deinde orbe siccato exsecratus iniustitiam prioris saeculi deus, ne rursus longitudo uitae causa esset excogitandorum malorum, paulatim per singulas progenies deminuit hominis aetatem atque in centum et uiginti annis metam collocauit, 10 quam transgredi non liceret. 4 ille uero cum egressus esset ex arca, sicuti sanctae litterae docent, terram studiose coluit ac *161* uineam sua manu seuit. unde arguuntur qui auctorem uini Liberum putant. ille enim non modo Liberum, sed etiam Saturnum atque Vranum multis antecessit aetatibus. 5 qua ex uinea cum 15 primum fructum cepisset, laetus factus bibit usque ad ebrietatem iacuitque nudus. quod cum uidisset unus ex filiis, cui nomen fuit Cham, non texit patris nuditatem, sed egressus etiam fratribus indicauit. at illi sumpto pallio intrauerunt auersis uultibus patremque texerunt. 6 quae facta cum pater recognosset, abdicauit 20 atque expulit filium. at ille profugus in eius terrae parte consedit quae nunc Arabia nominatur, eaque terra de nomine eius Cha-

Epit.: 2, 13, 3] 22, 5 et id . . . redacta est

1 diligit HM **2** singulari HM *post* supererat *exp.* erat P; superaret HM exemplum] *in* D *extat* | pletum, et *exp.* **3** sexcentorum DV; DC *in ras.* P[2] ei *om.* R **4** ac] et HM **5** seruatus P **6** exsecratur B[1], *corr.* B[3] **7** rursum B; russus V **8** diminuit DVP **10** licet B **11** sicut H[1] R sanctae] sc̃i sc̃ae *i. e.* sancti sanctae P colluit, *pr.* l *exp.*, P[ac] **12** uinea B[1] *(corr.* B[3]*)* H[ac] M suam P sua manu *om.* B seruit HM actorem PR **15** coepisset DVPM **16** e filiis VHMR *(D deest)* fuit *s.l.* D **17** chan BDV[2] *(n ex m)* fratribus] a *in ras.*, tri *s.l.* P[2] **18** at] et B palleo B auersibus P **19** recognosceret HM, -nouisset R **21** eaque] quae V[1] *(D deest)* de] ex B chanan DVH

7 naan dicta est et posteri eius Chananaei. haec fuit prima gens quae deum ignorauit, quoniam princeps eius et conditor cultum dei a patre non accepit maledictus ab eo; itaque ignorantiam
8 diuinitatis minoribus suis reliquit. ab hac gente proximi quique populi multitudine increscente fluxerunt. ipsius autem patris 5
9 posteri Hebraei dicti, penes quos religio dei resedit. sed et ab his postea multiplicato in immensum numero cum eos angustiae locorum suorum capere non possent, tum adulescentes uel missi a parentibus uel sua sponte, cum rerum penuria cogeret, profugi ad quaerendas sibi nouas sedes huc atque illuc dispersi omnes 10 insulas et orbem totum repleuerunt et a stirpe sanctae radicis auulsi nouos sibi mores atque instituta pro arbitrio condiderunt.
10 sed omnium primi qui Aegyptum occupauerant caelestia suspi-
162 cere atque adorare coeperunt. et quia neque domiciliis tegeban- tur propter aeris qualitatem nec ullis in ea regione nubibus sub- 15 texitur caelum, cursus siderum et effectus notauerunt, dum ea
11 saepe uenerantes curiosius ac liberius intuentur. postea deinde portentificas animalium figuras quas colerent commenti sunt quibusdam prodigiis inducti, quorum mox auctores aperiemus.
12 ceteri autem qui per terram dispersi fuerant admirantes elementa 20

19 mox] 2, 14, 5. 16, 3

1 dicta . . . Chananaei] naei *(sic) tantum* P[1]*, exp. et in mg. inf.* est d. et p. eius cananei P[2] chananei BDVHMR hae V *(*D *deest)* gens] progenies BHM **2** et *om.* P uultum B **5** populi *om.* P*, post* multitudine *repet.* R crescente B **6** hebraei V*,* -rei *cet.* dei *om.* P sed et *om.* P et *s.l.* B[3] ab *s.l.* V[2] **7** multiplicati B in *s.l.* D numerum BM[ac] **8** suorum *om.* P possunt P[ac] adolescentes D missa M **9** cogeret] c. et P *post* profugi *1 litt. eras.* D **11** insulas *in fine lin.* P[2] a] alii*?* B[ar]*;* ab HM **13** occuparant R*;* -uerunt V[1] PHM suspicere] picere *in ras.* V[2]*;* suscipere R **14** neque domiciliis] d. non R **15** pro aeris qualitate R *post* nec *s.l.* uel enim*?* V[2] obtexitur HM **16** cursum H[ac] defectus P **17** uenerantur B intuentes B **18** portificas DV commentiti B[ar] **19** actores R **20** fuerunt BDVP

mundi, caelum solem terram mare, sine ullis imaginibus ac templis uenerabantur et his sacrificia in aperto celebrabant, donec processu temporum potentissimis regibus templa et simulacra fecerunt eaque uictimis et odoribus colere instituerunt. sic aber-
5 rantes a notitia dei gentes esse coeperunt. 13 errant igitur qui deorum cultus ab exordio rerum fuisse contendunt et priorem esse gentilitatem quam dei religionem, quam putant posterius inuentam, quia fontem atque originem ueritatis ignorant. nunc ad principium mundi reuertamur.

10 14. 1 Cum ergo numerus hominum coepisset increscere, prouidens deus ne fraudibus suis diabolus, cui ab initio dederat terrae potestatem, uel corrumperet homines uel disperderet, quod in exordio fecerat, misit angelos ad tutelam cultumque generis humani. quibus praecepit ante omnia, ne terrae contagione ma-
15 culati substantiae caelestis amitterent dignitatem. scilicet id eos facere prohibuit quod sciebat esse facturos, ut ueniam sperare *163* non possent. 2 itaque illos cum hominibus commorantes dominator ille terrae fallacissimus consuetudine ipsa paulatim ad uitia pellexit et mulierum congressibus inquinauit. 3 tum in cae-
20 lum ob peccata quibus se immerserant non recepti ceciderunt in terram. sic eos diabolus ex angelis dei suos fecit satellites ac ministros. 4 qui autem sunt ex his procreati quia neque angeli

Epit.: 2, 14, 1 – 16, 21] 22, 9 – 23, 9 2, 14, 1–3] 22, 9 . . . 11 facti

Auct.: **10** 14, 1 – 15, 5] *cf.* Min. Fel. 26, 7 – 27, 8

1 sole H[1] **2** hiis P **4** aberrantis B[1], *corr.* B[2] **5** dei *om.* P erant D[ac] R[ac] **6** rerum *om.* P **8** fonte D[1] **10** cum] cur D[1] V[1] hominis R **11** diabolus] zabolus B[1], i *post* z *ins.* B[2], d *sup.* z B[3] **12** hominem P **13** exordio] e. rerum B **14** quibus] q. quia liberum arbitrium erat datum B *ex 2, 8, 4* maculatis H[ar] **15** caelestes P[1], *corr.* P[2] id eos] ideo et is P*;* ideo R **17** possunt P[ac] commemorantes B[ar]*;* omnes commorantes P **18** ipsa *in ras.* V[2]*;* ipse M **19** mulierem D[1] **20** quibus] in q. HM inmerserunt BHM in] rursus in R **21** eos *s.l.* B[3] **22** quia *om.* P

neque homines fuerunt, sed mediam quandam naturam gerentes, non sunt ad inferos recepti sicut in caelum parentes eorum. 5 ita duo genera daemonum facta sunt, unum caeleste, alterum terrenum. hi sunt immundi spiritus, malorum quae geruntur auctores, quorum idem diabolus est princeps. 6 unde illum Trismegistus ‘daemoniarchen’ uocat. daemonas autem grammatici dictos aiunt quasi δαήμονας, id est peritos ac rerum scios; hos enim putant deos esse. sciunt illi quidem futura multa, sed non omnia, quippe quibus penitus consilium dei scire non liceat, et ideo solent responsa in ambiguos exitus temperare. 7 eos poetae et sciunt esse daemonas et loquuntur. Hesiodus ita tradit:

164 τοὶ μὲν δαίμονές εἰσι Διὸς μεγάλου διὰ βουλὰς
ἐσθλοί, ἐπιχθόνιοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων.

Epit.: 2, 14, 5 hi sunt . . . 9 regeretur. 11] 22, 9 ut habeant . . . 23, 2 posset *ordine mutato; ad* 6 daemoniarchen *cf.* 24, 1

Auct.: **6** daemoniarchen] *ad* CH II 334, 5 (Ascl. 28) *referunt Nock-Festugière, sed cf.* Clem. Alex. strom. 5, 92, 5 διάβολον . . . δαιμόνων ἄρχοντα **6–7** *cf. e. g.* Etym. Magn. p. 251, 10 Gaisford *(ex Platone, Crat. 398 b)* **12–13** Hes. op. 122 sq. *(aliter Plato Crat. 397 e; cf. Solmsen, ed. Hes. ad l.)*

Test.: **6–8** daemonas . . . futura] Isid. orig. 8, 1, 15

1 naturam] notitiam B[1], *corr.* B[3] **2** ad] apud HM **3** demonum B *(sic hinc semper; 1, 7, 9* daem-*);* dominium V[2] *ex* demonium, *quod rest. m. post.* (D *deest)* pacta *ut uid.* H[1] ut *(s.l. m.2)* unum caelestem P **4** hii VP immundis H[ar] spiritis spiritus malorum *in ras. fere 15 litt.* V[2] malorumque P gerentur H[ac] actores R **5** trismegitus B[1], -gest- B[2] **6** daemoniarchen *Br cl. epit. (graec. litt. edd. antea);* dem- BDV *(*r *s.l.)* HMR, dęmoniarchem P demones B **7** aiunt] esse a. HM δαημονας DV, δημ- BR *(et s.l.* demonas*);* dęmonas P*;* dammonas HM hoc DV **8** futura] sed f.*,* sed *eras.* M **11** et *om.* HM daemones B *(*dem-*)* HM et] ut HM esiodus BV[ac] HM tradidit HM **12** τοὶ] οι B*;* του DV δαιμοναις V *(*D *deest)* Διὸς] οδιος DV μεγααου *bis* DV **13** εcτλιο V *(*D *deest)* φυλακαις V *(*D *deest)*

quod idcirco dictum est, quoniam custodes eos humano generi deus miserat; sed et ipsi, cum sint perditores hominum, custodes tamen se uideri uolunt, ut ipsi colantur et deus non colatur. philosophi quoque de his disserunt. nam Plato etiam naturas eorum in Symposio exprimere conatus est et Socrates esse circa se adsiduum daemona loquebatur, qui puero sibi adhaesisset, cuius nutu et arbitrio sua uita regeretur. magorum quoque ars omnis ac potentia horum aspirationibus constat, a quibus inuocati uisus hominum praestigiis occaecantibus fallunt, ut non uideant ea quae sunt et uidere se putent illa quae non sunt. hi ut dico spiritus contaminati ac perditi per omnem terram uagantur et in solacium perditionis suae perdendis hominibus operantur. itaque omnia insidiis fraudibus dolis erroribus complent. adhaerent enim singulis hominibus et omnes ostiatim domos occupant ac sibi geniorum nomen adsumunt; sic enim Latino sermone daemonas interpretantur. hos in suis penetralibus consecrant, his cottidie profundunt et scientes daemonas uenerantur quasi terrestres deos et quasi depulsores malorum quae

Epit.: 2, 14, 10] 23, 6 12–13] 23, 3

Auct.: **4** §§ 9–10] Min. Fel. 26, 9–10. 12 Plato] conu. 202 e sq.

Test.: **4** § 9] *cf.* Ps. Cypr. idol. 6 p. 23, 15–16 *et Heck, 1995, 153 sq.*

2 et *om.* B **3** et . . . colatur *om.* B **4** hiis P **5** symphonio B[1], -phosio B[2], -possio D[ac] **6** adsiduum] ad *in ras.* V[2] daemonam P, -nem *epit.* loquebatur] fatebatur R **7** gereretur HM **8** ac] et HM adspirationis B[1], *corr.* B[3] **9** praestrigiis P obscene *(*ne *inc.)* cantibus B[ar], obc(a)ec- *cet.* falluntur HM **10** [p]utant D[1] **11** hii, *alt.* i *s.l. m.2,* B **12** in *om.* VP *(*D *deest)* **13** operatur H[1] fraudibus insidiis P compellent HM **14** adhaerent enim] adhaerentium D[1] *(*-tes D[2]*)* V[1] *(corr.* V[2]*)* omnis B[1] *(corr.* B[3]*)* D[1] V[1] HMR **16** demones B **17** consecrant] conlocant B cottidie B *(pr.* t *eras.)* HM, cotid- *cet., sed cf. 1, 4, 3* profundunt] p. preces R *ft. recte;* ⟨uina⟩ p. *Br,* ⟨merum⟩ p. *edd.; cf. St 233 et Heck, 1972, 188* demones B

14 ipsi faciunt et inrogant. qui quoniam spiritus sunt tenues et incomprehensibiles, insinuant se corporibus hominum et occulte in uisceribus operati ualetudinem uitiant, morbos citant, somniis animos terrent, mentes furoribus quatiunt, ut homines his malis cogant ad eorum auxilia decurrere. 5

1 15. Quarum omnium fallaciarum ratio expertibus ueritatis obscura est. prodesse enim putant eos, cum nocere desinunt, qui
2 nihil possunt aliud quam nocere. dicat fortasse aliquis colendos ergo esse , ne noceant, siquidem possint nocere. nocent illi quidem, sed iis a quibus timentur, quos manus dei potens et excelsa 10
3 non protegit, qui profani sunt a sacramento ueritatis. iustos autem id est cultores dei metuunt, cuius nomine adiurati de corporibus excedunt. quorum uerbis tamquam flagris uerberati non modo daemonas esse se confitentur, sed etiam nomina sua edunt, illa quae in templis adorantur. quod plerumque coram cultoribus 15 suis faciunt, non utique in opprobrium religionis, sed honoris sui, quia nec deo per quem adiurantur nec iustis quorum uoce
4 torquentur mentiri possunt. itaque maximis saepe ululatibus editis uerberari se et ardere et iam iamque exire proclamant.
166 5 tantum habet cognitio dei ac iustitia potestatis. cui ergo nocere 20

Epit.: 2, 14, 14] 23, 8 3 . . . confitentur] 46, 7 cum . . . cedunt

2 [homi]nis *ut uid. ex* -num D[2] **3** operantur B morbo R somnis DVH[2] *(*i *ex* e*);* -nos M **4** hominibus DV **5** ad deorum P **6** hominum M **7** prodeesse HM*; cf. 2, 3, 1* cum] quod B[1], *corr.* B[3] **8** quam] nisi DV *contra numerum, ex § 5?* **9** esse . . . illi] noceant illi *tantum* P possint DV *(ex* -sit*), Br;* -sunt BHMR *(ex § 1), edd. priores, Mo* **10** iis *edd.,* hiis VP, his *cet., Mo* **11** qui] quia, a *s.l.,* B[3] **12** custores D[1] V de *s.l.* H, *om.* M **13** abscedunt B fraglis DV*;* flagellis HM **14** daemones HM esse se] se *s.l.* B[3]*;* sese HM nomina sua] a sua *in ras. 4–5 litt.* B[3] edunt *s.l.* B[3] **15** odorantur B quod] et HM **16** utrique B[ar] sed DV*;* et *cet.* **17** quia] qui B adiurantur] tur *in ras.* V[2] **19** editis *in ras. 8–9 litt.* B[3] uerberari] ari | *in ras. 1–2 litt.* B[3] etiamque P **20** habet *s.l.* B[3] dei ac] de sua B[1], i *sup.* e B[2], su *exp. et* c *s.l.* B[3] potestatis] pote | B[1], statis *in fine lin.* B[3]*; ante* cui *4 litt. exp. et eras.* B

possunt nisi his quos habent in sua potestate? denique adfirmat 6
Hermes eos qui cognouerunt deum non tantum ab incursibus
daemonum tutos esse, uerum etiam ne fato quidem teneri. μία
inquit φυλακὴ εὐσέβεια. εὐσεβοῦς γὰρ ἀνθρώπου οὔτε
5 δαίμων κακὸς οὔτε εἱμαρμένη κρατεῖ. θεὸς γὰρ ῥύεται
τὸν εὐσεβῆ ἐκ παντὸς κακοῦ. τὸ γὰρ ἓν καὶ μόνον ἐν ἀν-
θρώποις ἐστὶν ἀγαθὸν εὐσέβεια. quid sit autem εὐσέβεια,
ostendit alio loco his uerbis: ἡ γὰρ εὐσέβεια γνῶσίς ἐστιν τοῦ
θεοῦ. Asclepius quoque auditor eius eandem sententiam latius 7
10 explicauit in illo sermone perfecto quem scripsit ad regem.
uterque uero ‘daemonas esse’ adfirmat ‘inimicos et uexatores 8
hominum’, quos ideo Trismegistus ἀγγέλους πονηρούς appel-
lat; adeo non ignorauit ex caelestibus deprauatos terrenos esse
coepisse.

Auct.: **3–7** *test.* CH II 336, 1–2 (Ascl. 29)*; cf.* Cyrill. Alex. c. Iulian. 4 p. 130 Aubert = PG 76, 701 b **8–9** CH IV 110 (frg. 10)*; cf.* I 97, 17 (serm. 9, 4) **9** §§ 7–8] *test.* CH II 330, 1*; cf.* 328, 10 – 331, 14 (Ascl. 25–26) **12** *cf.* CH II 329, 15 (Ascl. 25) nocentes angeli

Test.: **2** Hermes] *hinc* Ps. Cypr. idol. 6 p. 24, 5*; cf. Heck, 1995, 152; uix recte Löw 65–70*

1 his *codd., iis edd., Br, ft. recte; cf. § 2* habet V^1 **2** hos B cognouerunt B D V^1 H M R, -rint V^2 P *edd., Br* **3** totos D^{ac} M*;* tutus P^{ac} esse *om.* R **3–7** μία . . . ἀγαθὸν εὐσέβεια *om.* B*;* una *tantum* B^1*; in uacua lin.* hd· bonum pietas autem *(exp.) et in mg. inf. reliqua interpr.* tutella . . . homine hs· B^3 μία . . . φυλακὴ] μια ταρ *(i. e.* γαρ*)* φ. *et in interpr.* una inquit custodia *eqs.* P **4** ευcεβια D V, εcεβι P οὔτε] ουτη V, ουcε P **5** οὔτε] ου P **6** μόνον] κοινον R **7** eusebia B*;* ε. pietas P R *(*pietas *s.l.);* eyseuia H M **8** his] in h. R **8–9** ἡ . . . θεοῦ *om.* B*; in spatio lin.* pietas enim est deus B^3 **8** τοι R **9** adiutor B **10** sermo D^1 V regem *in fine lin.* B^3 *ut uid.* **11** daemonas B *(*dem-*)* M esse] et e. P*; om.* H M **12** idem R trismagistus H, -maeg- M, trimeg- R ἀγγέλους πονηρούς *om.* B, *s.l.* angelos nequissimos B^3*;* angelos malignos α. π. D V*;* angelos α. malos π. P *(eadem lat. in mg.* H, *s.l.* R*);* angelus *(*-los H*)* ponerus H M appellans, ns *in ras. m.2,* B*;* appellaui *ut uid.* V^1

167 1 16. Eorum inuenta sunt astrologia et haruspicina et auguratio et ipsa quae dicuntur oracula et necromantia et ars magica et quidquid praeterea malorum exercent homines uel palam uel occulte. quae omnia per se falsa sunt, ut Sibylla Erythraea testatur: 5

ἐπεὶ πλάνα πάντα τάδ' ἐστιν,
ὅσσαπερ ἄφρονες ἄνδρες ἐρευνῶσιν κατὰ ἦμαρ.

2 sed idem ipsi auctores praesentia sua faciunt ut uera esse credantur; ita hominum credulitatem mentita diuinitate deludunt, 3 quod illis uerum aperire non expedit. hi sunt qui fingere imagines et simulacra docuerunt, qui ut hominum mentes a cultu ueri dei auerterent, effictos mortuorum regum uultus et ornatos exquisita pulchritudine statui consecrarique fecerunt et illorum *168* 4 sibi nomina quasi personas aliquas induerunt. sed eos magi et 10

Epit.: 2, 16, 1–2] 23, 5 . . . 7 deludant *mutato ordine* 3] 23, 4 . . . docuerunt

Auct.: **6–7** Orac. Sib. 3, 228 sq.*; cf. Geffcken ad l.*

Test.: **1–2** Isid. orig. 8, 9, 3 **14** magi . . . appellat] *cf.* ibid. 8, 9, 9

1 uenta P haruspicina] h *eras.* V*;* ar- P[1]*, corr.* P[2]*;* -nae HM **2** necromanti V[1]*;* nigr-, i *ex* e *m.2,* P **3** uel *post* palam *s.l.* B[3] **4** falsa] palam B[1]*, corr.* B[3] **6–7** ἐπεὶ . . . ἦμαρ *om. (tamen interpr. in mg. sin. add.)* B[1]*, suppl. in mg. inf. cum signis* hd· *et* hs· B[3] επει R*;* επι B[3] DVP*;* τὰ *(uel* καὶ*)* γὰρ *codd. Sib.* **6** τάδ' *om.* B[3] τάδ' ἐστιν] πέφυκεν *codd. Sib.* **7** οccαπερ PR*;* οcα *et 4 litt. inc.* B[3]*;* απερ V *(in* D *extat* α*);* ὅσσα κεν *codd. Sib.* ἐρευνῶσι(ν) *codd. Sib., edd.,* -νωcι B[3]*;* -νωουcι *sic* R*;* επευν- V *(*D *deest);* επευρωcιν P κατα ημαρ D *(*ρ *periit)* V *(*ε *pro* η*), codd. Sib., edd.;* κατεμαρ, τε *inc.,* B[3]*;* καταηωρ P*;* κτνμαρ R*, unde* ἐρευνώωσι κατ' ἦμαρ *Geffcken* **8** actores R facient P **9** hominis B[1]*, corr.* B[3] credulitate H diuinitate] diuinatione *epit. 23, 7; cf. Heck-Wlosok, 1996, 153 sq.* **10** quid B[ac] uere M pingere B **11** qui] quia B[ar] ut *om.* B **12** auerterunt B et fictos BHM*;* effectos D *(*tos *periit)* V *(*effec *in ras. m.2)* ornatus P **13** consacrari quae B[1]*, corr.* B[3] **14** induxerunt B

hi quos uere maleficos uulgus appellat, cum artes suas exsecrabiles exercent, ueris suis nominibus cient, illis caelestibus quae in litteris sanctis leguntur. 5 hi porro incesti ac uagi spiritus ut turbent omnia et errores humanis pectoribus offundant, serunt
5 ac miscent falsa cum ueris. ipsi enim caelestes multos esse finxerunt unumque omnium regem Iouem eo, quod multi sint in caelo spiritus angelorum et unus dominus ac parens omnium deus. sed ueritatem mentitis nominibus inuolutam ex oculis abstulerunt. 6 nam deus, ut in principio docui, neque nomine, cum
10 solus sit, eget neque angeli, cum sint immortales, dici se deos aut patiuntur aut uolunt; quorum unum solumque officium est seruire nutibus dei nec omnino quidquam nisi iussu facere. 7 sic enim mundum regi a deo dicimus ut a rectore prouinciam; cuius apparitores nemo socios esse in regenda prouincia dixerit,
15 quamuis illorum ministerio res geratur. 8 et hi tamen possunt aliquid praeter iussa rectoris per ipsius ignorantiam, quae est condicionis humanae. ille autem praeses mundi et rector uniuersi, qui scit omnia, cuius diuinis oculis nihil saeptum est, solus habet rerum omnium potestatem nec est in angelis quidquam

9 in principio] 1, 6, 4 sq. 7, 5–7

Test.: **1** quos . . . appellat] Aug. ciu. 10, 9 p. 415, 13*; cf. Mo ad l.*

1 hi *codd.;* ii *edd., Br* maleficio HM *post* cum *in fine lin.* autem B3 execrabilis Dac **2** scient HM **3** his M pro H1 ingesti D1 V*;* incerti M **4** ut turbent] obturbant B1*, corr.* B3 errore Rac offendunt Bac*,* -fundunt B1*, corr.* B2 **5** caelestis B **6** sunt BDM **7** dominus *om.* HM **8** metitis V1*;* mentis P1*, corr.* P2 **9** neque] qui n. HM homine Vac *(*D *deest)* **9–10** cum . . . eget] eget cum solus sit cum filio P **10** immortalis P1*, corr.* P2 dici se deos *s.l.* B3 **12** iussum B*;* iussi HM*; cf. St 235 sq.* **13** regi mundum HM decimus V *(*D *deest)* **14** nemo] immo B socios] *ft. pr.* o *del.* B*;* s. eius R dixerim B **15** gerantur B hii BP*; an* ii*?* tamen] t. et P **17** illo P parens B*;* praesens HM uniuersitatis B **18** scit] fecit B saeptum DV *(*sęp-*)* P*,* sep- *cet.* **19** rerum] r. cum *(s.l. m.3)* filio P*; cf. § 6*

9 nisi parendi necessitas. itaque nullum sibi honorem tribui
uolunt, quorum honor omnis in deo est, illi autem qui desciue-
169 runt a dei ministerio, quia sunt ueritatis inimici et praeuarica-
tores dei, nomen sibi et cultum deorum uindicare conantur, non
quo ullum honorem desiderent – quis enim perditis honor est? – 5
nec ut deo noceant, cui noceri non potest, sed ut hominibus;
quos nituntur a cultu et notitia uerae maiestatis auertere, ne im-
mortalitatem possint adipisci, quam ipsi sua nequitia perdide-
10 runt. offundunt itaque tenebras et ueritatem caligine obducunt,
ne dominum, ne patrem suum norint, et ut facile inliciant, in 10
templis se occulunt et sacrificiis omnibus praesto adsunt edunt-
que saepe prodigia, quibus obstupefacti homines fidem com-
11 modent simulacris diuinitatis ac numinis. inde est quod ab
augure lapis nouacula incisus est, quod Iuno Veiens migrare se
Romam uelle respondit, quod Fortuna Muliebris periculum de- 15
nuntiauit, quod Claudiae manum nauis secuta est, quod in sa-
crilegos et Iuno nudata et Locrensis Proserpina et Ceres Milesia
uindicauit et Hercules de Appio et Iuppiter de Atinio et Minerua

Epit.: 2, 16, 9 non quo . . . perdiderunt] 23, 4 non ut . . . peruenirent 10] 23, 7 in templis . . . credant. 9 sic . . . ueniret 11] 23, 9 . . . fiat

Auct.: **13** § 11 . . . Caesare] *cf. 2, 7, 8–28*

Test.: **13** §§ 11–12] *cf.* Aug. ciu. 10, 16 p. 427, 27–32

2 omnis *om.* D V est] e. per angelos refugas fieri prodigia responsa in templis dari nocentes plerumque puniri ut his monstris atque terroribus adhibitis ipsi dii putentur P **3** quia] qui B^{1}, *corr.* B^{3} **4** et *post* sibi *in ras.* B^{3}, *s.l.* V **5** quo] o *in ras. 1–2 litt.* B^{3}*;* quod H^{ar} M^{ar} **6** deum D V P H M ut *post* sed *s.l.* B^{3} **7** notitiae D^{ar} V^{ar} **8** possent B D^{1} V^{1} qua H M **9** offendunt V^{1} ueritatis R **10** deum H M ne *ante* patrem *s.l.* V^{2}*;* et P inliceant B M^{ac} **11** occultant, a *ex* u *m.2,* D V sunt B **12** commendent M **13** ab *s.l.* D **14** augure] haruspice B quod] quo B^{1}, *corr.* B^{3} ueiensis B*;* uegiens H M **15** romamam, am *exp.,* P mulieris H M **16** clauide V^{1} **17** lucrensis B **18** herculis P apio B antinio P^{1}, *corr.* P^{2}*;* utinio D minerue V^{1}

de Caesare, hinc quod serpens urbem Romam pestilentia liberauit Epidauro accersitus. 12 nam illuc daemoniarches ipse in figura sua sine ulla dissimulatione perlatus est, siquidem legati ad eam rem missi draconem secum mirae magnitudinis attule- *170* 5 runt. 13 in oraculis autem uel maxime fallunt, quorum praestigias profani a ueritate intellegere non possunt, ideoque ab ipsis attribui putant et imperia et uictorias et opes et euentus prosperos rerum, denique ipsorum nutu saepe rem publicam periculis imminentibus liberatam, quae pericula et responsis denuntiauerint 10 et sacrificiis placati auerterint. 14 sed omnia ista fallaciae sunt. nam cum dispositiones dei praesentiant, quippe qui ministri eius fuerunt, interponunt se in his rebus, ut quaecumque a deo uel facta sunt uel fiunt, ipsi potissimum facere aut fecisse uideantur, et quotiens alicui populo uel urbi secundum dei statutum boni 15 quid impendet, illi se id facturos uel prodigiis uel somniis uel

Epit.: 2, 16, 11 serpens . . . 12 perlatus est] 22, 6 serpens . . . diabolus*;* *cf.* 3 serpens 14 prodigiis . . . uenerationem] *cf.* 23, 8

Auct.: **1–5** *cf.* Val. Max. *(et* Paris*)* 1, 8, 2

1 de] et H^{ar} M*,* e H^{pr} hinc] h. est HM *ante* urbem *2 litt. (*in*?) eras.* B **2** accersitus] acce *ob lituram inc.* B*;* arcessitus HM illuc . . . ipse *partim ob lituram inc.* B illud V^{ac} HM daemoniarches HM *(*dęm-*)* R *(*dem-*), Br (graece edd. antea; cf. supra 2, 14, 6),* -chos D*,* demonioar- V*,* demoniaar- P*;* demoniarceis *ut uid., ex* demonaccersitus *ut uid.,* B^{3} **4** ea P^{ac} rem missi] remissi DV attulerunt] atuexerunt P*,* aduex- *recc., Buen, Br cl. Val. Max., contra numerum* **5** praestrigias P *Br* **6** ueritatem B^{1}*, corr.* B^{3} **7** opes] s *exp.* D prosperos] pros*, del. m.2,* D **8–9** denique . . . liberatam *propter lituram partim inc. in* B *(cf. § 16)* **8** ipsorum] horum B nutu *ex pluribus litt. (*nuntiis*?) ras.* B^{3} **9** et *post* pericula *om.* P **10** auerterent D^{ac} V*;* -runt HM **11** nam *om.* P praesentiant] nt *ex* rum*?* B^{2} qui *om.* P **12** his *s.l.* B^{2} domino P uel *post* deo *om.* BP **13** fiunt] sunt B^{1}*, corr.* B^{3} aut] ut V^{1} **14** et . . . secundum *om.* B^{1}*, in mg. inf. suppl. cum signis* hd· *et* hs· B^{3} dei *ex* de*?* B^{3} statu B **15** quod B^{1}*, corr.* B^{3} inpenditur D somnis HM

oraculis pollicentur, si sibi templa, si honores, si sacrificia tribuantur. quibus datis cum illud acciderit quod necesse est, summam sibi pariunt uenerationem. 15 hinc templa deuouentur et nouae imagines consecrantur, mactantur greges hostiarum, sed cum haec facta sunt, nihilominus tamen uita et salus eorum qui haec fecerint immolatur. 16 quotiens autem pericula impendent, ob aliquam se ineptam et leuem causam profitentur iratos, sicut Iuno Varroni, quod formosum puerum in tensa Iouis ad exuuias tenendas collocauerat; et ob hanc causam Romanum nomen apud Cannas paene deletum est. 17 quodsi Iuno alterum Ganymeden uerebatur, cur iuuentus Romana luit poenas? uel si dii tantummodo duces curant, ceteram multitudinem neglegunt, cur Varro solus euasit, qui hoc fecit, et Paulus, qui nihil meruit, occisus est? uidelicet nihil tunc Romanis accidit 'fatis Iunonis iniquae,' cum Hannibal duos exercitus populi Romani astu et uirtute confecit. 18 nam Iuno audere non poterat aut Carthaginem defendere, ubi 'arma' eius et 'currus fuit', aut Romanis nocere, quia

Auct.: **6** § 16] cf. Val. Max. 1, 1, 16 **14–15** Verg. Aen. 8, 292 **17** *cf.* ibid. 1, 16 sq.

1 si *ante* sibi] ut HM si honores si] sibi h. sibi HM **2** occiderit V[ac] **3** *post* pariunt *2 litt. eras.* H deuoluentur HM **4** gresces *sic* P **5** erunt B uita] eorum u. R **6** fecerit P **7** se . . . causam] i. et l. c. se P sicuti B **8** Iuno *om.* B uarronis V[1] formonsum BP *(*n *exp. m.2)* HM in tensa] intentesa D, intenteas*, alt.* e *s.l.,* V **8–9** tensa . . et *in* B *propter lituram inc. (cf. § 13); ft.* in tensa iouis *ex* infenso ouis B[3] **8** exui uas V[1] **9** tendendas HM conlocarat *ut uid.* B **10** est *om.* DV ganymeden BD *(*-nim-*, ult.* n *ex* m*)* P, -dem V, -nimedẽ R*;* -numedem H *(*-de*)* M **11** cur] cum D[ac] **12** curent B negleguntur DV[1] cur] cum B[1] *(corr.* B[3]*)* V **14** uidelicet] unde licet D[ac] romanus D[ac] factis P **15** iniquae *om.* DV Romani *om.* DV astu] et a. DV, *Br (sed u. eius addenda);* actu HM **16** non *om.* V aut] ut P[1], *corr.* P[2] karthaginem HM*; u. 1, 21, 13*

'progeniem Troiano a sanguine duci
audierat, Tyrias olim quae uerteret arces'.

sed illorum sunt isti lusus, qui sub nominibus mortuorum delitescentes uiuentibus plagas tendunt. itaque siue illud periculum quod imminet uitari potest, uideri uolunt id placati auertisse, siue non potest, id agunt ut propter illorum contemptum accidisse uideatur. ita sibi apud homines qui eos nesciunt auctoritatem pariunt ac timorem. hac uersutia et his artibus notitiam dei ueri et singularis apud omnes gentes inueterauerunt. suis enim uitiis perditi saeuiunt et grassantur, ut perdant. idcirco etiam humanas hostias excogitauerunt, ipsi hostes generis humani, ut quam multas deuorent animas.

17. Dicet aliquis: cur ergo deus haec fieri patitur nec tam malis succurrit erroribus? ut mala cum bonis pugnent, ut uitia sint aduersa uirtutibus, ut habeat alios quos puniat, alios quos honoret. ultimis enim temporibus statuit de uiuis ac mortuis iudicare; de quo iudicio mihi erit in ultimo libro disputatio. differt igitur, donec ueniat temporum finis, quo effundat iram suam in potestate ac uirtute caelesti, sicut

Epit.: 2, 17, 1 – 19, 6] 24, 1 – 25, 3 2, 17, 1 . . . honoret] *cf.* 24, 1–3

17 in ultimo libro] 7, 20, 1 – 21, 8

Auct.: **1–2** Verg. Aen. 1, 19 sq. *uerbis* sed enim *consulto omissis*

Codd.: **6** a |rum contemptum *incipit* G *p. 122 fere tota lecta; hinc extant* BG DV P HM R[p]

1 a] ac H[ar] deduci HM **2** euerteret P*;* uerterat HM **3** delitescentes R, -tisc- *cet.* (-ntes *ex* -ntis B[2]) **4** uiuentibus] hominibus DV **5** immine P[1], *corr.* P[2] uideri] uitari V[1] (D *deest)* **7** actoritatem R **8** haec B[ar]*;* ac HM et *om.* BG notitia G **9** apud *om.* B inueterauerunt] *cf. Thes. VII 2, 172, 55–73* **10** seruiunt G **13** dicit BGHM **14** ut uitia] et u. HM **15** habeant P **16** honorat P[ac] ac] et P **17** in *s.l.* V[2] disputandum R **18** igitur] enim P **19** uirtute] ueritate V[ac] (D *deest)*

'uatum praedicta priorum
terribili monitu horrificant'.

3 nunc autem patitur homines errare et aduersum se quoque impios esse, ipse iustus et mitis et patiens. nec enim fieri potest, ut non is, in quo perfecta sit uirtus, sit etiam perfecta patientia. 5
4 unde quidam putant ne irasci quidem deum omnino, quod adfectibus, qui sunt perturbationes animi, subiectus non sit, quia fragile est omne animal quod adficitur et commouetur. quae
5 persuasio ueritatem ac religionem funditus tollit. sed seponatur interim nobis hic locus de ira ⟨dei⟩ disserendi, quod et uberior 10 est materia et opere proprio latius exsequenda. illos ergo nequissimos spiritus quisquis ueneratus fuerit ac secutus, neque caelo *173* neque luce potietur, quae sunt dei, sed in illa decidet, quae in distributione rerum attributa esse ipsi malorum principi disputauimus, in tenebras scilicet et inferos et supplicium sempi- 15 ternum.

6 Docui religiones deorum triplici modo uanas esse: uno, quod simulacra ista quae coluntur effigies sint hominum mortuorum;

Epit.: 2, 17, 6–11] 25, 1*; ad* § 6 *cf. et* 20, 11 . . . homo

14 disputauimus] 2, 9, 3–6. 11

Auct.: **1–2** Verg. Aen. 4, 464 sq.

Codd.: **9** *in* sepo | *desinit* G *p. 122, seq. p. 121 praeter § 6 fere lecta*

1 priorum BGHM *ut plurimi codd. Verg., Mo;* piorum VPR *(in* D *extat* p *tantum) ut Verg. cod. M, Br; quid legerit Lact., nescimus; cf. Seru.* **2** horrificant] *s.l.* uel noti *(i.e.* notificant*)* V[2] **3** et *om.* D aduersus G **4** ipse] et i. HM mittis R **5** is] his sit G*;* his HM patientia] sap D *(cet. desunt);* sapientia *Mo ex errore* **6** nec*,* c *exp. (m. post.?),* R*, ft. recte; cf. 1, 6, 7* quod] quia BG **8** quae] qua H[1] **9** ac] atque R ponatur M **10** dei *om. codd. (etiam* B*;* G *non legitur,* D *deest), add. recc. (ex Hier. uir. ill. 80, 2), edd.; cf. ira 22, 1; St 236; Heck, 1992, 595* uberior] ubi B[ac], uberi B[1], *corr.* B[3] **11** nequissimo P[1]*, corr.* P[3] **12** quisque DV *(prob. Br cl. 6, 15, 5);* quisque uis *ut uid.* P[ar] ac secutus *in mg.* H[2] **15** scilicet *om.* BG et in inferos B*; hoc* et *om.* HM **18** colunt HM effigies] et e. P

esse autem peruersum et incongruens, ut simulacrum hominis a
simulacro dei colatur; colit enim quod est deterius et imbecillius;
tum inexpiabile facinus esse deserere uiuentem, ut defunctorum 7
monumentis seruias, qui nec uitam nec lucem dare cuiquam
5 possunt, qua ipsi carent; nec esse alium quemquam deum prae-
ter unum, cuius iudicio ac potestati omnis anima subiecta sit.
altero, quod ipsae imagines sacrae quibus homines inanissimi 8
seruiunt omni sensu careant, quoniam terra sint. quis autem 9
non intellegat nefas esse rectum animal curuari, ut adoret ter-
10 ram? quae idcirco pedibus nostris subiecta est, ut calcanda no-
bis, non adoranda sit, qui simus ideo excitati ex ea statumque
sublimem praeter ceteras animantes acceperimus, ut non reuol-
uamur deorsum nec hunc caelestem uultum proiciamus ad ter-
ram, sed oculos eo dirigamus, quo illos naturae suae condicio
15 direxit, nihilque aliud adoremus, nihil colamus nisi solius arti-
ficis parentisque nostri unicum nomen, qui propterea hominem *174*
rigidum figurauit, ut sciamus nos ad superna et caelestia pro-

Codd.: **13** *in* caelestem *desinit* G *p. 121; hinc extant* B DV P HMR^{p}

1 ut *s.l.* M simulacra P **1–2** a . . . colatur] quasi deus colantur *sic* P **2** deo V^{1} colent B*;* -let P^{1} *(corr.* P^{2}*)* HM inbeccillius B^{ar} **3** ut] et HM **4** monimentis H seruas D^{ac} cuiquam *om.* DV **5** potesunt D^{1} qua] quia D^{1} *(*qui D^{2}*)* V^{1} P^{1} *(corr.* P^{3}*);* quam H^{ar} M^{ar} nec . . . alium] necessarium V^{1} *(*D *deest);* c *exp.* P deum quemquam HM deum] dominum P^{1} **7** alterum HM ipsae B^{2} H*,* -se B^{1} G *cet.* quibus *s.l.* P^{2} omnes P uanissimi R **8** seruiunt *om.* R careant] n *exp.?* B terra sint B^{3} HMR*;* t. si B^{1}*;* sunt t. si G*;* t. sit VP *(*D *deest)* qui HM **9** rectum] ec *in ras.* V^{2} *(*D *deest)* **10** quae] neque B^{1}*, corr.* B^{3} **11** adoranda] o *pro exp.* a*,* ran *ex 3–4 litt. inc.* D^{2} sumus HMR *recc., edd., Mo (ft. recte, si* simus *ex anteced.* sit *ortum)* ex *s.l.* P^{2}*;* ut V^{1}*;* ab V^{2} *(*D *deest)* **12** acceperimus *codd. (*-pimus R*), Br, Mo;* -pimus *recc., edd. (ft. recte suadente numero)* **13** nec] ne HM hunc *ex* humo R **14** oculos *om.* DV erigamus *sic* HM **15** direxerit M^{ac} **16** parentis B^{1}*, corr.* B^{3} **17** et] et ad R

10 uocari. tertio, quod spiritus qui praesunt ipsis religionibus condemnati et abiecti a deo per terram uolutentur, qui non tantum nihil praestare cultoribus suis possint, quoniam rerum potestas penes unum est, uerum etiam mortiferis eos inlecebris et erroribus perdant, quoniam hoc illis cottidianum sit opus, tenebras 5
11 hominibus obducere, ne quaeratur ab his uerus deus. non igitur colendi sunt, quia sententiae dei subiacent. est enim piaculum maximum addicere se potestati eorum quibus, si iustitiam sequare, potentior esse possis et eos adiuratione diuini nominis
12 expellere ac fugare. quodsi apparet religiones istas tot modis 10 esse uanas quibus docui, manifestum est eos qui uel mortuis supplicant uel terram uenerantur uel spiritibus impuris animas suas mancipant, rationem hominum non tenere eosque impietatis ac sceleris sui supplicia pensuros, qui rebelles aduersus parentem generis humani deum susceptis inexpiabilibus sacris 15 fas omne uiolauerint.

1 18. Quicumque igitur sacramentum hominis tueri rationemque naturae suae nititur obtinere, ipse se ab humo suscitet et erecta mente oculos suos tendat in caelum. non sub pedibus deum quaerat nec a uestigiis suis eruat quod adoret, quia quid- 20 quid homini subiacet, infra hominem sit necesse est, sed quaerat in sublimi, quaerat in summo, quia nihil potest esse homine

1 *ante* spiritus *eras.* sanctus*?* V praesunt] sunt B **3** possunt BDVP **4** etiam] tamen D[1] mortiferas P[1], *corr.* P[2] terroribus DHM **5** cottidianum, *pr.* t *eras.*, B, cotid- *cet.; cf. 1, 4, 3* est B **6** omnibus P ad HM hiis P*;* iis *Br* **7** quia] quoniam B **11** est] et B[1], *corr.* B[2] **12** uel *ante* spiritibus *om.* B impuris] inmundis B*;* inportunis HM **13** mancipantes B ratione HM teneri, i *ex* e, H **14** aduersum B **15** parene D[1] inexpiabilibus] bus *in ras.* P*;* inexplica- R sacri DV[1] **16** profas, pro *exp.*, D **17** quaecumque V[1] homines D[ac] rationem quae P[1], *corr.* P[2]*;* -neque HM *(*-quae*)* **18** naturae *om.* B *post* suae *s.l.* uitae B[2] se *om.* R et *s.l.* B[3] **19** recte M **20** eruat] erigat HM **21** homines D intra PHM homines V **22** summo] sublimo V[ac]

maius nisi quod fuerit supra hominem. deus autem maior est homine. supra ergo, non infra est nec in ima potius, sed in summa regione quaerendus est. 2 *175* quare non est dubium, quin religio nulla sit ubicumque simulacrum est. nam si religio ex
5 diuinis rebus est, diuini autem nihil est nisi in rebus caelestibus, carent ergo religione simulacra, quia nihil potest esse caeleste in ea re quae fit ex terra. quod quidem de nomine ipso apparere sapienti potest. 3 quidquid enim simulatur, id falsum sit necesse est, nec potest umquam ueri nomen accipere quod ueritatem
10 fuco et imitatione mentitur. si autem omnis imitatio non res potissimum seria, sed quasi ludus ac iocus est, non religio in simulacris, sed mimus religionis est. 4 praeferendum est igitur falsis omnibus uerum, calcanda terrena, ut caelestia consequamur. 5 ita enim se res habet, ut quisquis animam suam, cuius
15 origo de caelo est, ad inferna et ima prostrauerit, eo cadat, quo se ipse deiecerit, ideoque oportet rationis ac status sui memorem non nisi ad superna niti semper ac tendere. 6 quod qui fecerit, hic plane sapiens, hic iustus, hic homo, hic denique caelo dignus iudicabitur, quem suus parens non humilem nec ad terram more
20 quadrupedis abiectum, sed stantem potius ac rectum sicut eum fecit agnouerit.

Codd.: **17** *a* qui *incipit* G *p. 5 paene tota lecta; hinc extant* B G D V P H M R[p]

1 maius] melius B[1]*, corr.* B[3] maior] si m. B*;* maius DVPR **2** in *utroque loco om.* P **3** religione HM quaerendum D quiin D[ar]*, s.l.* qr̃ *(i. e.* quare*)* D[2] **4** ubique B[ac] **4–5** ex . . . rebus] d. in r. R **5** diuini P[1]*, corr.* P[2] in *ex* e B[3] **6** carent] apparent B religionis*,* is *pro* e *s.l.,* B[2] *ante* potest *exp.* est V[2] **7** ea *in ras.* D[2] fuit B[ar] **7–8** quod . . . potest *om.* B **8** enim *om.* DV necesse est *in mg. inf.* D **10** fuco] facie B metitur DV[1] **12** est *ante* igitur *s.l.* D **14** habent B **15** infernam P[1]*, corr.* P[2] **16** rationes P[1]*, corr.* P[2] statutus D[ar] V[1] **17** niti ac *(s.l. m.2)* semper adtendere B **18** hic *ante* homo *om.* HM **20** quadripedis P instantem DV ac rectum] arr- V **21** fecerit B[1] *(corr.* B[3]*)* G

1 19. Peracta est nisi fallor magna et difficilis suscepti operis portio, et maiestate caelesti suggerente nobis dicendi facultatem
2 inueteratos depulimus errores. nunc uero maior nobis ac difficilior cum philosophis proposita luctatio est, quorum summa
176 3 doctrina et eloquentia quasi moles aliqua mihi opponitur nam 5
ut illic multitudine ac prope consensu omnium gentium premebamur, ita hic auctoritate praestantium omni genere laudis ui-
4 rorum. quis autem nesciat plus esse momenti in paucioribus
5 doctis quam in pluribus imperitis? sed non est desperandum istos quoque de sententia deo et ueritate ducibus posse depelli 10
nec tam pertinaces fore arbitror, ut clarissimum solem sanis ac
6 patentibus oculis uidere se negent. modo illud uerum sit quod ipsi solent profiteri, studio inuestigandae ueritatis se teneri, efficiam profecto, ut quaesitam ueritatem diu et aliquando inuentam esse credant et humanis ingeniis inueniri non potuisse 15
fateantur.

Epit.: 2, 19, 2] 25, 2 . . . praediti 5] 25, 3

Codd.: **5** *a* | ponitur *ad § 6* fateantur *(fol. 52v col. sin.) in* B *nonnullas litt. euan. uel oblitas rest.* B3 **16** *in* fateantur *desinit* G *p. 5; seq. p. 6 ut in fine libri uacua*

1 ni H **2** caeleste B1 *(corr.* B3*)* G **3** dedepulimus Dar nobis *om.* B1 G*; ante* cum *s.l.* B3 **5** quasi] quales B1*, corr.* B3 mihi *om.* P **6** illoc *ut uid.* B1*, corr.* B3*;* illuc DV multitudinem HM prope] paene B3 HM, pene B1 G consensum HM premebamur] ueritas premebatur BG *(*praem-*);* praemebatur *tantum* P **8** nesciat] at *in ras. m.2?* V*;* nescit B1 *(corr.* B3*)* D1*;* -sciunt Pac **9** *post* non *3 litt. eras.* M disperandum V *(*D *deest)* **10** dei HM ducibus *om.* HM **11** sole V1 **13** se *om.* P*;* sese R efficiant HM **14** profecto *om.* P **15** inuenire R posse BG **16** *subscriptiones u. p. XXV sq.*